Digitized by Google

Digitized by Google

C ... CILIORUM
MNIUM
NICORUM
E TOME

AD STUDIOSORUM ... CRÆ ERUDI ... ONIS COMMODUM,
ET MEMORIÆ FACILITATEM ACCOMODATA,

IN QUA

An ... Nomen Summus Pontifex, ſive per ſe, ſive per Legatos,
Impera ... auſa, Hæretici, vel Hæreſum Auctores
cum ... Rationes tum Hæreticorum, vel Hæ-
reſu ... Concilii, Tempus, ad quod Concilia
pro ... Canonum Numerus, & Capita, quæ
... Propoſitiones Diſputabiles,
... qui convenerunt, Librorumque
... in quibus tractantur,
... ſolerti ſtudio exponuntur.

Additis etiam in Calce Operis ſingulis Generalibus Conciliis Reprobatis, & aliis partim Approbatis, partim Reprobatis.

Virtus Fidei in periculis ſecura eſt.
(Joan. Chryſoſt. ſup. Cap. 20. Matth.)

PERUSIÆ.
TYPIS CONSTANTINI, ET MAURITII.
SUPERIORUM PERMISSU.
CIↃ. IↃCC. LI.

Digitized by Google

PALAM EST, QUOD IN RE DUBIA AD FIDEM, ET CERTITUDINEM VALEAT AUCTORITAS ECCLESIÆ CATHOLICÆ, QUÆ AB IPSIS FUNDATISSIMIS APOSTOLORUM SEDIBUS USQUE AD HODIERNUM DIEM SUCCEDENTIBUS SIBIMET, ET EPISCOPORUM SERIE, ET TOT POPULORUM CONSENTIONE CONFIRMATUR.

D. Auguſt. cont. Manichæos, & habetur Diſt. 11. c. Palam.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO S.

COnſideranti mihi quam opportunum , imo & neceſſarium ſit Conciliorum Generalium Studium , atque cognitio , non iis tantum , qui moleſta nimis diligentia Rerum omnium Notitiam , omnemque Eruditionem affectant ; verum illis potiſſimum, quibus , quemadmodum ipſamet Concilia (a) *ſancitum voluere , ex proprio munere ad Sacras Litteras animum appellendi onus incumbit , in mentem venit Typis iterum mandare (idque graviſſimorum , doctiſſimorumque Virorum judicio , & auctoritate) exiguum Libellum perfectum ingenio , elaboratum induſtria R. P. Antonii Celeſtri Panormitani Tertii Ordinis S. Franciſci , ac per ipſum jam uſque ab anno MDCLXXXIV. Romæ in lucem editum ; in quo de omnibus tum Veteris , tum Novi Teſtamenti Oecumenicis Conciliis materies ampliſſima perbrevi , ac facili methodo concinnata , uno , ut ita dicam, oculorum conjectu percurrenda proponitur . Cum autem nonnulla in hoc Opere reperta ſint , quæ ad celeberrimorum de hujuſmodi Rebus Scriptorum calculum erant immutanda , & in meliorem Ordinis , Perſpicuitatis , atque Venuſtatis rationem reſtituenda ; ea vel repurgare , vel adimere , vel penitns innovare optimum duxi , ne quidquam eſſet , quod ſane emunctæ naris Viros offenderet ; potiſſimum verò ne quibuſdam delicatiſſimi faſtidii Hominibus ſtomachum faceret . Hinc Concilium Conſtantienſe ab eodem Auctore inter Generalia recenſitum ſuſtuli , cum revera Oecumenicum non ſit , eo quod partim ab Eccleſia receptum , partim fuit reprobatum ; illudque in Calce Operis cum omnibus aliis vel prorſus rejectis , vel aliqna ex. parte approbatis , & aliqua improbatis (qnæ ex pręclariſſimis Auctoribus decerpſi) apponendum conſtitui . Quod ſi Voces quamplures barbaras , & obſoletas inveneris , cum fere omnia in elegantius quoddam*

A 2 *di-*

(a) Conc. Turon. III. c. 2. Aquiſgran. II. p. 2. c. 2. & 4. , & Mediol. I. p. 2. tit. De frequenti Divini Sacrificii oblatione .

dicendi genus reſtituenda curaverim , eas a me hac tantum de cauſa haud immutatas fuiſſe ſcito , quia maxime periculoſum eſt Theologica verba innovare . Illud præterea ſic habeto , quod cum id non laudis , ſed utilitatis cauſa fecerim , mea parum refert , utrum tergeminis tollar honoribus, vel ab iis , qui cenſoriam notam omnibus inurunt , exagiter , quod aliena protulerim , alienis glorier : (b) Quod enim ſum , hoc maneo , ſive maledictis afficiar , ſive laudibus in cœlum ferar . *Tu igitur , Humaniſſime Lector , hoc qualecumque ſit , ſive perpolitum , ſive inconcinnum , perutile tamen , ac maxime neceſſarium Opus alacri , libentique animo excipias , eique ſedulam operam naves ; & oro , obteſtorque Te , ne ex illis ſis , qui omnia obtrectantes , faciunt næ intelligendo , ut nihil intelligant . Hoc enim pacto , ſi utilitati , & commodo tuo (ut exopto) meus hic Labor conduxerit , Generalium omnium Conciliorum , quamvis exiguam , idoneam tamen cognitionem comparabis , eamque* Scientiam *adipiſcèris , cui* tribuitur id , quo Fides ſaluberrima gignitur , nutritur , defenditur , roboratur (c) : *Teque interim a Theoninis dentibus Libellum hunc ſervaturum incolumem , tuoque amore me proſecuturum confido . Vale .*

(b) D. Nazianzen. Orat. 14. n. 15. (c) D. Auguſt. Lib. 4. de Trini. cap. 1.

5

REIMPRIMATUR.

Antonius Canonicus Vandi Vicarius Generalis.

REIMPRIMATUR.

Fr. Jo. Gregorius Bardi Vicarius Generalis S. Officii Peruſiæ.

CONCILIA GENERALIA

ANNO MUNDI.	CONCILIA OECUMENICA.	SUMMI PONTIFICES.	SUB ASSESSIONE.	CAUSÆ CELEBRATIONIS SYNODORUM.
2593. In Oriente.	Sichimeticum. I.	Eleazarus.	Joſue, & Seniorum.	Pro inhibenda Societate cum Gentibus, auferendis Diis alienis, & ſepeliendis oſſibus Joſeph.
3020. In Oriente.	Hieroſolymitanum I. II.	Sadoch, & Abiathar.	David Regis.	Pro diſtribuendis Levitis in varias claſſes ad miniſterium Templi, & reperti ſunt trigintaocto mille.
3308. In Oriente.	Hieroſolymitanum II. III.	Azarias.	Ezechiæ Regis.	Pro reſtituenda Religione, Templo, Feſtis, & re Divina juxta Diſpoſitiones, & Canones David.
3412. In Oriente.	Hieroſolymitanum III. IV.	Helcia.	Joſiæ Regis.	Pro reſtituenda Religione ſub impiis Regibus peſſumdata. Pro purgando Templo, Paſchate celebrando juxta Majorum Ritus, nec non etiam Ariolis expellendis, se effodiendis cadaveribus Pſeudo-Prophetarum è Tumulis.
3609. In Oriente.	Hieroſolymitanum IV. V.	Eliazibus.	Nehemiæ Ducis.	Pro reſtituendo Codice, & Canone Sacrarum Scripturarum.
3793. In Oriente.	Hieroſolymitanum V. VI.	Eleazarus.	Ejuſdem Eleazari.	Pro mittendis in Ægyptum LXXII. Interpretibus, expoſtulante Ptolomæo Philadelpho, ut Libros S. Scripturæ ex Hebræis redderent Græcos.
3859. In Oriente.	Alexandrinum. VII.	Jonathas.	Ptolomæi Philopatoris Regis Ægypti.	Pro ſubſiſtentia Templi Hieroſolymitani Judæorum contra Templum Graſitanum Samaritanorum.
3890. In Oriente.	Hieroſolymitanum VI. VIII.	Judas Machabæus.	Ejuſdem Judæ Machabæi.	Pro Animæ Reſurrectione, Angelorum exiſtentia, & Spirituum.
4051. In Oriente.	Hieroſolymitanum VII. IX.	Mathathias.	Herodis Regis.	Pro loco, ubi Chriſtus naſceretur.
ANNO CHRISTI. XXXIV. In Oriente.	Hieroſolymitanum VIII. X.	Caiphas.	Tiberii Imperatoris.	Propter miracula Chriſti in ejus anno XXXIV.

VETERIS LEGIS.

HÆRETICI DAMNATI CUM SUIS PROPOSITIONIBUS	LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR.
Nulli.	*Joſue* 24. *Genebrardus Lib.* 1. *Chronol. ad ann.* 2709.
Nulli.	2. *Paralipomenon* 29. *Joſeph Lib.* 7. *Antiq. cap.* 9.
Nulli.	2. *Paralipomenon* 29. *Spondan, in Annal. Sacris ad ann.* 3308.
Nulli.	4. *Regum* 23. 2. *Paralipomenon* 34. *Genebrar. Lib.* 2. *Chronol. ſub ann.* 3526.
Nulli.	*D. Chryſoſto. Homil.* 8. *in Epiſt. ad Hebræos.*
Nulli.	*D. Auguſti. Lib.* 1. *de Civit. Dei cap.* 42. *Joſeph. Lib.* 12. *Antiquit, cap.* 2. *Euſebius Lib.* 5. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 8.
Samaritani præponentes Templum Grafitanum Hieroſolymitano.	*Joſeph Lib.* 13. *cap.* 6. *Exemplaris Græci pag.* 387.
Sadoch, & Bajeth Sadducæi negantes Reſurrectionem Animæ, & Angelos.	*Boyl Summo fol.* 121. *Becanus in Analog. veter. ac novi Teſtam. cap.* 10. *Matth. cap.* 22.
Nulli.	*Matth. cap.* 2.
Nulli.	*Joannis cap.* 11.

CONCI-

CONCILIA GENERALIA

ANNO CHRISTI.	CONCIL. OECUMENICA.	SUMMI PONTIFICES.	SUB ASSESSIONE.	CAUSÆ CELEBRATIONIS SYNODORUM.	HÆRETICI CUM SUIS PROPOSITIONIBUS.
XLIV. In Oriente.	Hieroſolymitanū Apoſtolicum juxta Nonnullos.	Divus Petrus.	Claudii Cæſaris.	Pro condendo Fidei Symbolo, ac Canonibus Regiminis Eccleſiaſtici, necnon aſſignandis Regionibus unicuique Apoſtolorum.	Nulli.
CCCXXV. In Oriente.	Nicœnum I. I.	D. Sylveſter per ſuos Legatos Hoſium, Victorem, & Vincentium.	Conſtantini Magni Imperatoris.	Pro defenſione Verbi Divini contra Hæreſim Arii.	Arius negans Divinitatem Verbi, inductivè etiam Spiritus Sancti.
CCCLXXXI. In Oriente.	Conſtantinopolitanum I. II.	S. Damaſus Papa, nec per ſe, nec per ſuos Legatos, præſens.	Theodoſii Magni Senioris Imperatoris.	Pro ſuſtinenda Divinitate Spiritus Sancti contra Macedonium, & Apolinarem.	Eunomius, & Macedonius negantes Divinitatem Spiritus Sancti.
CDXXX. In Oriente.	Epheſinū Unicum. III.	Cœleſtinus per Cyrillum Epiſcopū Alexandrinum.	Theodoſii Junioris Imperatoris.	Pro ſuſtinenda, in Maria Virgine Maternitate Dei, ac Unitate Perſonæ Chriſti, contra Neſtorium Pauli Samoſateni Nepotem, cujus hæreſim ferè ſopitam ſuſcitaverat.	Neſtorius negans, Mariam eſſe Matrem Dei, volens in Chriſto duas eſſe Perſonas, Divinam videlicet, & Humanam, quem ſequutus eſt Anaſtaſius ejus Presbyter, & Theodorus Epiſcopus Mopſueſtenſis.
CDLI. In Oriente.	Chalcedonenſe Unicum. IV.	Leo Papa I.	Valentiniani, & Marciani Imperatorū.	Pro ſuſtinenda duplicitate Naturæ Divinæ videlicet, & Humanæ in Chriſto.	Eutyches Abbas, & Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus negantes Naturam Humanam in Chriſto.
DLIII. In Oriente.	Conſtantinopolitanum II. V.	Vigilius Papa.	Juſtiniani Imperatoris.	Pro deſtruendis tribus Libellis editis à Theodoro hæretico, Theodoreto, & Iba, ac ineptiis Origenis in XI. Propoſitionibus.	Origenes ambiguè hæreticus, aſſerens I., Animam ante Corpus extitiſſe, refrigeſcente deinde Charitate, ob pœnam in corpus demiſſam eſſe. II. Animam Domini præexiſtentem unitam eſſe Dei Verbo ante Incarnationem, & Nativitatem ex Virgine. III. In Reſurrectione corpora rotunda eſſe, & orbicularis figuræ. IV. Cœlum, Lunam, Stellas, & Aquas, quæ ſuper Cœlos ſunt, animatas quaſdam eſſe materiales virtutes. V. Chriſtum in ſæculo futuro pro Dæmonibus crucifigendum. VI. Virtutem Dei terminatam eſſe, ac ea creaſſe, quæ complectitur. VII. Futuram eſſe reſurrectionem Dæmonum, & impiorum hominum. Theodorus hæreticus, Theodoretus, & Iba. Primus non admittebat duas Naturas in Chriſto; & inficiabatur, eſſe Mariam Deiparam. Secundus, condemnans XII. Capita Cyrilli approbata ab Epheſino. Tertius coarguens Rabulam deceſſorem ſuum, quod damnaſſet Theodorum Mopſueſtenſem.

NOVÆ LEGIS.

RATIONES HÆRETICORUM.	RATIONES CONCILII CONTRA HÆRETICOS.
Nullæ.	**Nullæ.**
Joannis (17. 11.) dicitur: *Vt ſint unum, ſicut & Nos*; & (Joan. 17. 20.) *Vt ſint unum, ſicut & Nos Vnum ſumus*; ergo Chriſtus eſt unus cum Patre, ſicuti cum ipſo unum ſunt Fideles. Tum quia Unitas in Eſſentia adverſatur Trinitati.	Impoſſibilia ſunt duo Optima, & Optimum debet eſſe neceſſariò ad *intra* fœcundum. (Joan. 10. 30.) *Ego, & Pater Vnum ſumus*; (Joan. 14. 9.) *Qui videt me, videt & Patrem meum*. Unitas in Eſſentia non adverſatur Trinitati Perſonarum. In u bis unum ſunt, ideſt: Fide, & Confeſſione, Gratiâ, Pietate, & Charitate; ſimilitudo ergo currit analogicè, non univocè.
Quia per Verbum facta ſunt omnia, ergo factus eſt etiam Spiritus Sanctus.	Æquè fœcundus eſt Intellectus, ac Divina Voluntas; ergo non minus ſatiari debet primus per Filium, quam ſecunda per Spiritum Sanctum. Per Verbum facta ſunt omnia ad *extra* non ad *intra*, quia nec Pater factus fuit per Verbum,
Ut ſecundum perſonam Humanam daretur generationis terminus, quia impoſſibile erat, Mariam ſe antiquiorem peperiſſe: Filius Dei, & Filius Hominis erant unum per ſpiritualem conjunctionem, ſicuti Vir, & Fœmina dicuntur in Scripturis unum, & una caro propter carnalem conjunctionem.	Peperit ſe poſteriorem ſecundum Humanitatem, quæ per Idiomatum communicationem dicitur *antiquior*. Terminus generationis ſalvatur per Humanam Naturam, non per Divinam Perſonalitatem ingenerabilem. Eſt Virgo Mater Dei, quia peperit Deum propter unitatem Suppoſiti. Fuit vera conjunctio, quia fuit vera, & realis unio inter Naturam, & Hypoſtaſim.
Quia Natura Divina per unionem abſorbuit Naturam Humanam, & conſumpſit. Tum quia ſi duæ ſunt Naturæ in Chriſto, duo Chriſti erunt ſecundum hæreſim Neſtorij.	Quia unio non collit eſſentiam, ſed ſtat cum impermixtione Naturarum unitarum. Unus ſu t Chriſtus cum duabus naturis propter unitatem Suppoſiti. Subſtantiva multiplicantur per multiplicationem ſuppoſitorum, & formarum.
Origenes pro I. (Pſal. 118. 67.) *Priuſquam humiliarer, ego deliqui*; & (Pſal. 141. 8.) *Educ de cuſtodia animam meam*; ergo Anima deliquit ante Corpus. Pro II. Quia ante corpus Anima Chriſti præextiſtebat; ergo prout unita Verbo. Pro III. Quia figura rotunda eſt omnium perfectiſſima. Pro IV. Cœlum, Luna, Stellæ &c. moventur, & ordinantur, ergo ſunt animata. Pro V. Quia expedit ſuæ Miſericordiæ pro Dæmonibus crucifigi. Pro VI. Quia Deus operatur ad *extra* neceſſariò; ergo quæ potuit, creavit, quod ſi novi effectus videantur, iſti tantummodo pateſiunt, non producuntur. Pro VII. Quia conveniens eſt, ut impij reſtituantur. Rationes Theodori referuntur ad Neſtorium; Theodoreti, & Ibæ, quia propoſitiones, etſi damnatæ à Concilio, poſſunt approbari, & è contra; quia inefficax eſt Concilium.	Contra I. Origenis. Deus creavit Corpus, & deinde inſufflavit in eum ſpiraculum vitæ, ideſt creavit Animam; ergo Anima non eſt ante corpus. Contra II. Quia falſo ſupponit, ſicut patet ex prima. Contra III. Quia figura rotunda, etſi perfectiſſima ſit in ratione figuræ, eſt imperfecta in ratione figuræ animatæ. Tum quia (Job. 19. 26.) *Et in carne mea videbo Deum*; ergo videbimus eum omnibus proprietatibus corporis organici. Contra IV. Quia motus poteſt ab alio provenire circumvolvente, & ordinante ſydera; ergo ſydera &c. non ſunt animata. Contra V. Quia Dæmones ſunt in *Termino*, non in *Via*; ergo Chriſtus pro ipſis crucifigi non debet. Tum quia *In inferno nulla eſt Redemptio*. Contra VI. Quia Omnipotentia Dei non eſt exhauribilis, & Deus liber eſt ad *extra*. Contra VII. (Matth. 25. 41.) habetur: *Diſcedite a me, maledicti, in ignem æternum*, non temporaneum; ergo impij reſurgere non poſſunt. Contra Theodorum, Theodoretum, & Ibam iiſdem rationibus, ac contra Neſtorium.

CONCILIA GENERALIA

TEMPUS, AD QUOD PROLATA FUERE CONCILIA.	NUMERUS CANONUM, AC CAPITA, QUÆ COMPLECTUNTUR.
Apoſtolicum. Temporis prolatio incerta.	LXXXV. Canones recenſentur, in L. quorum primis agitur: De Ordinatione. De Oblationibus. De Uxore Epiſcopi, vel Presbyteri non abjiciende. De curis Secularibus vitandis. De tempore Paſchę. De communicatione Miniſtri Altaris. De Communione Laicorum in ingreſſu Eccleſiæ. De Excommunicatis, & Clericis damnatis. De commendatitijs Epiſtolis. De pervaſione alienæ Parochiæ. De non relinquenda propria Eccleſia à Clericis. De ſuſcipiendo Clerico alterius Epiſcopi. De Bigamis non admittendis ad Clerum. De accipiente Viduam, vel Ejectam, vel Meretricem. De habente duas ſorores. De Fidei-Juſſore. De Eunuchis ſpontaneis. De Clerico, qui ſe eunuchizavit. De Epiſcopis damnatis pro criminibus, & de alijs Miniſtris. De Clericis conjugio copulandis. De punitione Fidelium. De Uſurpatione officij priſtini damnati. De Officijs pecunia obtentis. De potentia Seculari contra Eccleſiam. De Presbytero erigente Altare. De Clericis damnatis. De commendatitijs Epiſtolis Eccleſiaſticorum. De Primatu Epiſcoporum. De Clericis in aliena Provincia non ordinandis. De ordinatis Epiſcopis non receptis. De Concilijs celebrandis. De cura Epiſcopi rerum Eccleſiaſticarum. De dignitate Pontificis. De poteſtate Epiſcopi rerum Eccleſiaſticarum pro pauperum diſpenſatione. De qualitatibus Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. De punitione permanentis in alea. De continentia Eccleſiaſticorum. De Hæreticis vitandis. De Baptiſmo Hæreticorum. De Baptizato non rebaptizando. De Laico pellente ſuam conjugem. De nomine, in quo baptizatur. De trina merſione in Baptiſmo.
Nicœnum I. Inceptum XVIII. Kalendas Julii, & VIII. Kalendas Septembris abſolutum.	XX. Canones enumerantur, in quibus pertractatur. De Eunuchis. De Clericis. De Epiſcoporum Ordinatione. De Metropolitanorum Primatu. De Excommunicatis. De honore Epiſcopi Hieroſolymitani. De Hæreticis revertentibus. De Pœnitentia ſponte lapſis danda. De deponentibus Militiæ cingulum. De extremè laborantibus. De Cathechumenis. De Rebaptizatione Paulinianiſtarum. De genibus non flectendis die Dominico.
Conſtantinopolitanum I. Menſibus Maii, Junii, & Julii abſolutum.	IX. Canones enumerantur, in quibus diſputatur. De immutatione Statutorum Nicænæ Synodi. De Epiſcoporum gubernio. De Eccleſijs apud Barbaros. De honore Conſtantinopolitani Epiſcopi. De Maximo Cynico Philoſopho. De Libello Occidentalium, id eſt de profeſſione Fidei, quam per Epiſtolam ex Concilio Romano ad Paulinum tranſmiſit Damaſus. De Accuſationibus. De recipiendis, qui ab hæreſi recedunt.
Epheſinum. Inceptum X. Kalendas Julii, & IV. Kalendas ejuſdem abſolutum.	VI. Numerantur Canones, in quibus ſermo habetur. De depoſitione ſentientium cum Cœleſtio. De pœna adhærentium deficientibus a Synodo. De reſtitutione Sacerdotum oppreſſorum à Neſtorio. De condemnatis à ſancta Synodo. De pœna contra turbatores geſtorum in Synodo.
Calcedonenſe. Inceptum VIII. Idus Octobris, & I. Kalendas Novembris abſolutum.	XXVII. Habentur Canones, in quibus differitur. De ſervandis Canonibus Synodorum. De Ordinatione Simoniaca. De turpi lucro Clericorum, & quod ad militiam non redeant, tum etiam alis de Clericis. De ſubjectione Monachorum Epiſcopo. De firmitate Epiſcoporum in ſuis Eccleſiis. De Ordinatione. De Diſpenſatoribus Pauperum. Quod in eadem Provincia, duo non ſint Metropolitani. De Diaconiſſa Virgine Deo dicata, & Monacha. De ruſticanis Parochijs. De conjurantibus contra Epiſcopum, tum de iſtorum contumacia, qui vocati non acceſſerunt ad Concilium. De accuſantibus Eccleſiam. De Monaſterijs Deo dicatis. De Raptoribus Mulierum.
Conſtantinopolitanum II. Inceptum IV. Nonas Maii, & IV. Nonas Junii abſolutum.	Nulli.

NOVÆ

Digitized by Google

PROPOSITIONES CONTROVERTIBILES	PATRIBUS CONVENIENTIBUS.	LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR.
I. Quatuor Apoſtolorum Concilia, quæ in Actibus recenſentur, nempe I. (Act. 1. 15.) *In diebus illis exurgens Petrus in medio Fratrum &c.* ut aliquis eligeretur in locum Judæ proditoris, tunc cum Divina ſorte Matthias delectus eſt. II. (Act. 6. 2.) *Convocantes autem Duodecim &c.* ad eligendos ſeptem Diaconos, ac ut ſatisfacerent poſtulationi Gentium adverſus Judæos. III. (Act. 15. 28.) Ex quo deſumpta eſt Oecumenicorum Formula Decretorum in Eccleſia obſervata: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis &c.* ubi ſublata eſt lex de Circumciſione ſimul cum Baptiſmo Gentibus recipienda, necnon Moſaicarum cæremoniarum, atque ut abſtinerent ab Immolatis Simulacrorum, & Sanguine, & Suffocato, & Fornicatione. IV. (Act. 21.) Propter contentionem de Legis obſervatione ad tempus Judæis permiſſa, quia haud omnibus indicta, non fuerunt Univerſalia. II. De Concilio Hjeroſolymitano non loquuntur Acta apertè; cæterum maximè veriſimile eſt factum fuiſſe, ac omnia Oecumenicæ Synodi conditiones habere. III. Probabilius eſt, LXXXV. Canones enumeratos, conditos non fuiſſe ab Apoſtolis, ſed fuiſſe ab antiquioris Eccleſiæ Decreto, ex ijs verò *L.* priores legitimi ſunt, minimè reliqui, quamvis à Græcis omnes recipiantur, ut aſſerit Bellarminus (*Lib. de Script. Eccleſ.*) Clementis Romani Scripta expendens.	XII. Videlicet XII. Apoſtoli.	*Clemens Romanus in ep. ad Jacobum fratrem Domini, quamvis ex ſiſlo.* *Lucas Actor. cap. 6.* *Irenæus lib. 1. cap. 7.* *Jordanus ſerm. 1. in diviſione Apoſtol.* *Albertus Magnus de Sacrificio Miſſæ tr. 2. cap. 8. tom. 21.* *Baronius anno 44.* *Sauſſajus in ſuo Andrea par. 1. lib. 2. c. 4.*
I. Præſides hujus Concilij fuerunt Summi Pontificis Silveſtri Legati, & Conſtantinus Imperator, qui interfuit quidem, ut Imperatoria auctoritate tumultus compeſceret; tum ad exequenda ea, quæ ex communi conſultu decernenda erant. II. Plures quam XX. Canones in Nicæno Concilio conſtituti fuere, ac nonnulli eorum deperditi ſunt, *alij* VIII. habentur in Epiſtola prima Julij Papæ ad Orientales. III. Concilium Sardicenſe celebratum ſub Julio Pontifice, Præſidentibus ejus Legatis Hoſio Epiſcopo cum Archidamo, & Philoxeno Præsbyteris tempore Conſtantis, & Conſtantii Imperatorum anno Chriſti CCCXLVII. fuit Appendix Concilii Nicæni, convocatum, ut audacia Arianorum reprimeretur.	CCCXVIII.	*Hiſtor. tripar. lib. 2. c. 5.* *Baron. ann. 325. n. 57.* *D. Auguſt. ep. 118.* *Gelaſius Cyzicenus in comm. Actor. Niceni Concilij, Interprete Roberto Balphoreo Scoto lib. 2. c. 12. & lib. 3. cap. 31.* *Bayl ſumma Concil. ad Nicænum.* *Bellarm. tom. 2. contrregister. lib. 1. de Chriſto cap. 4.* *D. Ambroſius epiſ. 32.* *Theodoretus in Eccleſ. hiſtor. lib. 2. cap. 6.*
I. Huic Concilio quodammodo præſens fuit Damaſus animo, non corpore. Patres convenerunt huic Concilio juſſu, & auctoritate litterarum Damaſi Papæ, qui licet eos convocaſſet ad Romanum Concilium; tamen poſtquam litteras excepit Synodicas, voluit huic Concilio omne robur, quod poterat, impertiri in eis, quæ contra Macedonium deſinita erant, adeoque jure nomen Oecumenici obtinuiſſe non eſt dubitandum. II. Non eſt adeò probabile, Aſcolium Epiſcopum Theſſalonicenſem fuiſſe Legatum Damaſi Papæ, ac ejus nomine interfuiſſe Concilio.	CL.	*Gregorius Magnus lib. 1. ep. 24. & lib. 2. ep. 45.* *Baronius ad annum 381.* *Chiflerius opuſc. 2. in Vigilij Tapſenſis opera pag. 41.* *Bellar. tom. 1. contr. lib. 1. de Chriſto c. 13* *Chriſtianus Lupus in ſcholiis ad Canonem 10 Sardicenſem.*
I. Falſum eſt, Cæleſtinum aliquo artificio primum locum in hoc Concilio affectaſſe, ac Cyrillo vices ſuas demandaſſe, ut ſaltem per illum præſidere videretur. II. Theodoſius junior de conſenſu implicito Cæleſtini hoc Concilium convocavit, & hoc quia Neſtorius nec Cæleſtino, nec Cyrillo parere voluerat.	CC.	*Liberatus Archidiaconus Carthaginenſis in ſuo Breviar.* *Baronius ad ann. 435. & in Martyrol. Januar. die 28.* *Vincentius Lyrinenſis par. 1. Commonitoris cap. 2.* *Bellarm. lib. 1. de Concil. c. 19. & Contr. tom. 1. lib. 7. de Chriſto cap. 3.* *Albertus Magnus in 3. Sent. diſp. 31. cap. 10.*
I. Alii III. Canones, qui ſupra XXVII. enumerantur, fuerunt ſurreptitij, utpote editi citra Romani Pontificis auctoritatem, ac plura continentes manifeſta mendacia. II. Senatores, ac Judices à Marciano miſſi Præſidentes Concilii non fuere, ſed ſolum inſervierunt ad impediendum conatum, ac Schiſmaticorum tumultum.	DCXXX.	*Nicephorus lib. 5. cap. 5.* *Leo Ep. 61. ad Epiſc. Synodi Chalcedonenſi.* *Stapletonius in Reſponſ. ad. Illyricum lib. 2. cap. 14.* *Baronius ad ann. 451.* *Bayl ad Concil. Chalcedonenſe.*
I. Oecumenica eſt hæc Synodus, quia ad hujuſmodi titulum obtinendum Vigilii Pontificis voluntas acceſſit. II. Theodorus Mopſueſtenſis mortuus ſine erroris retractatione, & pœnitentia, meritò ut excommunicatus haberi poterat, atque adeo à Concilio poterat declarari excommunicatus. III. *Damnatio* Epiſtulæ Ibæ, facta in hoc Concilio, non adverſatur Concilio Chalcedonenſi, in quo à Legatis Summi Pontificis videtur cum auctoritate recepta, quia non fuit ſecundum idem approbata, & damnata.	CLXV.	*Greg. Magnus lib. 1. regiſtri Epiſ. 24. ad Joannem Conſtantinopolit.* *Scholiaſtes alla Synodum Orientalium ad quintam Synodum.* *Leo II in Epiſ. ad Conſtantium Imperatorem, in 6. Synodo recitata.* *Evagrius lib. 4. c. 37.* *Baronius ad an. 553.* *Chriſtianus Lupus ad Concil. Conſtant.*

CONCILIA GENERALIA

ANNO CHRISTI.	CONCIL. OECUMENICA.	SUMMI PONTIFICES.	SUB AS SESSIONE.	CAUSÆ CELEBRATIONIS SYNODORUM.	HÆRETICI CUM SUIS PROPOSITIONIBUS.
DCLXXXI. In Oriente.	Conſtantinopolitanū III. VI.	Donus P. convocavit, Agatho incœpit, Leo II. abſolvit.	Conſtantini IV. dicti Pogonati.	Pro ſuſtinenda duplicitate voluntatis Chriſti, Divinæ videlicet, & Humanæ quoad utramque actionem.	Monothelitæ ex Macario Monothelita volentes unam eſſe in Chriſto actionem voluntatis Divinæ, & Humanæ.
DCCLXXXVII. In Oriente.	Nicœnum II. VII.	Adrianus I. per Legat. Petrum Archipresb. Eccleſiæ S. Petri, & Petrū Ab. baſ. S. Sabæ.	Conſtantini IV. Imperatoris, ac Irenis ejus Matris.	Pro ſuſtinendo cultu SS. Imaginum.	Iconomachi, ſeu Iconoclaſtæ negantes Cultum Imaginibus ſacris. Leo Iſauricus, Philippus Budanes, & alii.
DCCCLXIX. In Oriente.	Conſtantinopolitanū IV. VIII.	Adrianus II. per Legat. Donatū, et Stephanū Epiſcopos, & Marinum Rom. Eccleſiæ Diaconum.	Baſilii Imperatoris.	Pro depoſitione Photii tyrannicè intruſi in Patriarchatum Conſtantinopolitanum, rejecto Ignatio.	Hæretici innominati ponentes duas animas Rationales in homine. Cujus ſententiæ putant aliqui fuiſſe & Photium. Sed ejus mens ſatis clare non patet.
MCXXII. In Occidente.	Lateranēſe I. IX.	Caliſtus II.	Henrici V. Imperatoris.	Pro recuperanda Terra Sancta contra Saracenos, & pro concordia inter Sedem Romanam, & Henricū V. qui jura Eccleſiæ uſurpabat.	Abbas Joachim non hæreticus vocans Petrum Lombardum hæreticum, eo quod diceret Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum eſſe unam ſummam rem, quæ nec generaret, nec generaretur.
MCXXXIX. In Occidente.	Lateranēſe II. X.	Innocentius II.	Lotharii Imperatoris.	Pro reſcindendis actibus Anacleti II. Pſeudo-Papæ, & ſuſtinendo Baptiſmate ante rationis uſum in Infantibus.	Petrus de Bruis, & Arnaldus de Brixia ejus Sectator, volentes non baptizandos eſſe Infantes ante rationis uſum, nec illis alienam fidem ſufficere, ſi propriam non habent. II. Templorum fabricas fieri non debere, factas inſuper ſubrui. III. Cruces ſacras confringi, & ſuccendi. IV. Nil eſſe Euchariſtiæ Sacramentum, nec Deo offerendum. V. Preces ad Deum pro Mortuis fruſtra fieri.
MCLXXIX. In Occidente.	Lateranēſe III. XI.	Alexander III.	Friderici I. Imperatoris.	Pro deſtruendis Schiſmaticis ordinatis ab intruſis Pontificibus, hæreſibus Catharorum, ſeu Albigenſium. Tum etiam Valdenſium, alias Pauperum Lugduni.	Albigenſes in Aquitania renovantes I. Errores Manichæorum. II. Negantes Liberum Arbitrium. III. Volentes animas juxta diverſum meritum tranſire in corpora animalium, & ſerpentium. IV. Nil prodeſſe Infantibus Baptiſmum. V. In Matrimonio viventes non poſſe ſalvari. VI. Epiſcopos, & Sacerdotes non poſſe conferre Sacramenta, niſi tales ſint, quales illos proponit D. Paulus. VII. Eccleſias in honorem Dei, & Sanctorum non eſſe conſtruendas. VIII. Libros Veteris Teſtamenti, exceptis illis, qui Novi Teſtamenti auctoritate firmantur, Apocriphos eſſe.

Digitized by Google

RATIONES HÆRETICORUM.	RATIONES CONCILII CONTRA HÆRETICOS,
Quia voluntas Humana eſt ſubdita Divinæ, & nihil operatur per propriam determinationem.	(Matth. 26. 38.) habetur : *Triſtis eſt Anima mea uſque ad mortem*; Non triſtabatur Voluntas Divina, ergo Humana. Ad argumentum, quia voluntas humana ſubdita eſt, ſolùm requirit motionem divinæ, ergo falsò infertur nil per propriam determinationem operari,
(Exod. 20. 4. & 5.) dicitur : *Non facies tibi Sculptile, neque omnem Similitudinem .... Non adorabis ea, neque coles*. Tum quia Adoratio eſt ſummum obſequium; ergo debitum ſoli Deo, non Imaginibus.	Quia adoramus Imagines Dei cultu Latriæ propter excellentiam Dei repreſentantis; Imagines Sanctorum cultu Duliæ propter excellentiam Sanctorum conſortium Divinæ felicitatis. In V. Exodi prohibetur actus exterior, & interior Idolatriæ.
Ut ſit in homine principium Boni, & principium Mali juxta illud D. Pauli (Ad Rom. 7. 23.) *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati*.	Quia tolleretur ratio peccati, & neceſſitas Redemptionis: Anima enim bona non potuiſſet facere malum, & mala bonum. Repugnantia, quam nominat D. Paulus, eſt ratione objectorum ſenſibilium, & intelligibilium, non ratione Animarum.
Quia ex illa ſumma re nec generante, nec generata, ſequeretur dari ſupra Trinitatem quaternitatem.	Quia illa ſumma res non eſt Perſona, ſed tribus Perſonis communis.
Pro I. Quia opus eſt prius inſtrui, & vere ipſoſmet credere, juxta illud (*Matth.* 28. 19.) *Euntes docete omnes gentes : baptizantes eos &c.* Pro II. Quia Deus non alligatur Domui, vel Templo: ergo ſuperflua, & ſuperſtitioſa Templa. Pro III. Cruces ſunt ſpecies illius Crucis, in qua Chriſtus tam dire tortus, & occiſus eſt; ergo concidendæ, & ſuccendendæ. Pro IV. Quia ex nullo textu Euchariſtiæ Sacramentum deducitur; ergo nil eſt, nec Deo offerendum. Pro V. Non eſt Purgatorium; ergo fruſtra preces pro Mortuis.	Contra I. Quia Infantes ſunt capaces Gratiæ, ſicut in utero ſanctificatus eſt Joannes; ergo ſunt etiam capaces Baptiſmi. Illud autem Matthæi intelligitur de Adultis. Ad II. (Matth. 21. 12.) Dominus ejecit ementes, & vendentes de Templo, dicens, ſicut habetur (Iſaiæ 56. 7.) *Domus mea, Domus Orationis vocabitur*. Ad III. (Pſal. 98. 5.) *Adorate Scabellum pedum Ejus, quoniam Sanctum eſt* : Et hæc quia contactu Corporis, & Sanguinis Chriſti quodammodo Crux ſanctificata fuit. Ad IV. Habetur Inſtitutio ex illis verbis (Matth. 26. 26.) *Hoc eſt Corpus meum*. Ad V. (Iſaiæ 4. 4.) *Abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus in ſpiritu judicii, & ſpiritu Ardoris*; Datur ergo Purgatorium: nec fruſtra oratur, quia (2. Mach. 12. 46.) *Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur*.
Pro errore Manichæorum, quia malum non poteſt fieri à bono; ergo datur principium mali contradiſtinctum à bono. Tum quia (Matth. 6. 24.) *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire*; ergo ſunt duo Dii. Item dicitur (Matth. 6. 13.) *Sed libera nos a malo*; ergo datur Deus malus. Pro II. Quia non ſtat Libertas cum infallibilitate Gratiæ. Pro III. Ratio eſt incerta. Pro IV. Quia Infantes non poſſunt habere Fidem; ergo neque Baptiſmum. Pro V. Matrimonium eſt exercitium concupiſcentiæ, ergo peccatum. Pro VI. Sacerdus malus non habet conditiones veri Miniſtri, ergo Sacramenta conferre non poteſt. Pro VII. Eccleſiæ nullius ſunt utilitatis, ergo non conſtruendæ. Pro VIII. Quia nullum habemus ſignum veritatis librorum, qui à Novo Teſtamento non numerantur, ergo ſunt apocriphi.	Ad I. Principium malum eſſet peſſimum; ergo impoſsibile per *ly, duo Domini*, in textu allato intelliguntur Deus, & Divitiæ, ſubjungitur enim *Deo, & Mammonæ*. *Sed libera nos a malo*, Ideſt a Peccato. Ad II. Infallibilitas Gratiæ conformatur modo Libero Voluntatis (Eccli. 15. 14.) *Deus ab initio conſtituit Hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui*. Ad III. (1. Cori. 13. 12.) *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem*. Item (Joan. 5. 29.) *Et procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ : qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii*; ergo nec meritum præmiatur, nec demeritum punitur per Tranſmigrationem. Ad IV. (Matth. 19. 14.) *Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium eſt enim Regnum Cælorum*. Quod ſi Infantes eſſent Baptiſmi incapaces, eſſent etiam incapaces Regni Cœlorum. Ad V. Chriſtus approbavit Matrimonium, cum dixit; (Matth. 19. 4.) *Non legiſtis, quia, qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fæminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit Uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Ad VI. Prava Sacerdotum vita non tollit Poteſtatem, reddit quidem illicitum Exercitium, non irritum. Ad VII. (1. Paralip. 28.) Salomon Rex ex præcepto ædificavit Templum Jeroſolymæ, quod præceptum datum non fuiſſet, ſi nullius utilitatis eſſent Templa. Ad VIII. Æqualia ſunt ſigna pro omnibus Libris Canonicis Veteris Teſtamenti; ergo omnes ſunt veri.

CONCI-

CONCILIA GENERALIA

TEMPUS, AD QUOD PROLATA FUERE CONCILIA,	NUMERUS CANONUM, AC CAPITA, QUÆ COMPLECTUNTUR.
Conſtantinopolitanum III. Inceptum VII. Idus Novembris, & Nonis Maii abſolutum.	Canones nulli habentur, ſed in poſteriori Conventu ſub Juſtiniano juniore ſunt additi Canones Trullani CII. à nonnullis per modum Appendicis, aut Supplementi hujus Conſtantinopolitani III. Concilij, poſiti.
Nicœnum II. Inceptum VIII. Kalendas Octobris, & III. Idus Octobris abſolutum.	XX. Canones continentur, in quibus ſermo habetur: De obſervatione divinorum Canonum. De Ordinatione, & Electione Epiſcoporum. De pœna injuſti Aoriſtria. De Clericis. De Conciliis Provincialibus. De Templorum Conſecratione. De Judæis. De Scriptis Hæreticorum. De Oeconomis Epiſcoporum, & Monaſteriorum. De profanatione Monaſteriorum, ac nonnullis iſtorum conditionibus. De extructione Sacelli.
Conſtantinopolitanum IV. Inceptum III. Nonas Octobris, & menſe Februarii ſequentis anni abſolutum.	XXVII. Canones enumerantur, in quibus diſputatur. De obſervatione Canonum Univerſalium, & Localium Synodorum. De Definitionibus Nicolai, & Adriani Papæ. De Imaginum Veneratione, ac de ipſarum hoſtibus. De Epiſcopatu Photij, ac ejus anathematiſmo. De Conditionibus ad electionem Patriarchæ. De Archiepiſcopis gravantibus Suffraganeos. De non vitando Præſule ante ſententiam. De Animæ Unitate. De Epiſcopo favore Principum non eligendo. De Ordinibus. De honore Epiſcoporum. De Uſu Poſſeſſionum Eccleſiæ. De Poteſtate Patriarcharum, & Metropolitanorum. De conſervandis Privilegiis Eccleſiarum. De reverentia in agendo contra Epiſcopum Romanum. De Exercitio Miniſterij Metropolitæ. De Depoſitione Clericorum accedentium ad Photium. De Ordine Appellationis.
Lateranenſe I. Tempore Quadrageſimæ, Prolatio incerta.	XXII. Canones habentur, in quibus agitur: De non promovendis ad Beneficia per Pecuniam. De Ordinationibus. De Interdictione Mulierum Eccleſiaſticis. De cura Epiſcopi quoad negotia eccleſiaſtica. De Conſanguineorum Conjunctione. De ordinationibus Burdini Hæreſiarchæ. De Conſenſu Epiſcopi in Curis, & Præbendis Eccleſiæ tribuendis. De invadentibus Beneventanam Civitatem. De Excommunicatis ab Epiſcopo. De Conditionibus Epiſcopi imponentis manus. De Indulgentia, & Patrocinio debellantium Infideles. De diſtrictione Treguæ. De Oblationibus à Laicis non auferendis. De Monaſterio falſo. De Offendentibus Peregrinos. De Triceanalibus Poſſeſſionibus. De Eccleſiaſticorum Immunitate. De Caſtitate Monachorum, ac Sacros habentium Ordines. De Alienatione Præbendarum, & Beneficiorum.
Lateranenſe II. Temporis Prolatio incerta.	XXX. Canones recenſentur, in quibus diſſeritur: De Simonia. De Excommunicatis. De Veſtitu Eccleſiaſticorum. De Bonis Epiſcoporum decedentium. De Caſtitate habentium Ordines Sacros. De Nullitate Matrimonij Eccleſiaſticorum, & Monachorum, tum etiam Sanctimonialium. De Exercitio Regularium in Lege temporali, & Medicina. De Decimis, ac modo Ordinum conferendorum. De tempore Treguæ obſervandæ. De Uſurarijs. De Congreſſu temerario Militum ex condicto. De Injectione violenta manuum in Monachum, & Clericum. De Jure hæreditario, & Beneficijs Eccleſiaſticis. De Conſanguineorum Conjunctione. De malitioſo Incendio. De Filijs Presbyterorum. De Pœnitentia falſa. De Petro Bruis ejuſque ſectatoribus. De Beneficijs collatis à Laicis. De Meretricio ſub prætextu Hoſpitalitatis. De communi Choro Monachorum, & Sanctimonialium. De Religioſis ab Epiſcoporum electione non excludendis. De Arte Balli, Scadierum, & Sagittariorum. De Ordinationibus Schiſmaticorum.
Lateranenſe III. Inceptum III. Nonas Martii, tribus diebus abſolutum.	XXVIII. Canones enumerantur, in quibus agitur: De electione Papæ. De Ordinatis ab intruſis Pontificibus. De Qualitatibus Epiſcoporum. De expenſis Viſitatorum moderandis. De Ordinatis ſine Titulo. De Monitionibus prævijs Cenſuræ. De Simonia, ac Proviſione Beneficiorum intra tempus. De exceſſibus Privilegiatorum contra Epiſcopos. De Caſtitate Sacerdotum. De Clericis. De Reſidentia Parochorum. De ſingularitate Beneficij. De Beneficiatijs. De Ordinationibus. De Magiſtro præficiendo in Cathedralibus. De Exemptione Eccleſiarum. De Torneamentis. De Tregua. De Pedagijs. De Parochia inſtituendis. De armis non deferendis ad Infideles. De Uſurarijs. De Judæis, & Saracenis. De Albigenſibus, & Craſſatoribus militibus.

NOVÆ

Digitized by Google

NOVÆ LEGIS.

PROPOSITIONES CONTROVERTIBILES.	PATRIBUS CONVENIENTIBUS.	LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR.
I. Canones Trullani nullius auctoritatis ſunt, etſi multa contineant vera, quia à Concilio univerſali, approbante Summo Pontifice, non prodiere. II. Propter unam, aut aliam notam levem non concernentem Fidei ſubſtantiam, non reijcienda eſt tota hæc Synodus ſexta, alioquin utiliſſima, & ſanctiſſima. III. Quoad Honorij damnationem, dicendum, vel quod epiſtolæ ipſius ad Sergium fuerint ab hæreticis falſificatæ, in quo erſo condemnando erraruni in actionibus, quæ ſunt de facto; Vel quod nomen Honorij inſertum fuerit cum allijs coademnatis per æmulos Romanæ Eccleſiæ. Vel ad ſummum Honorium, erraſſe ut hominem privatum, non ut docentem ex Cathedra, & decernentem de Fide.	CCLXXXIX.	*Athanaſius contra Apollinarem de Trinitate, & Incarnatione; Item lib. 3. adverſus Arrianos.* *Cyrillus in lib. theſauri, tractans verbum:* Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. *Leo III. ep. ad Conſtant. Imperatorem.* *Baronius ad annum 681.* *Bellarm. lib. 2. de Summo Pontifice cap. 17.* *Boyl ad Concil. Conſtantinopol. III.*
I. Legitimum eſt Concilium Nicænum: etſi contrarium Conſtantinopolitano ſub Copronimo facto, quia huic Romanus Pontifex nec per ſe, nec per Legatos interfuit. II. In Epiſt. Adriani Romani Pontificis ad Patriarcham Conſtantinopolitanum Thaſiam, non habetur prærogativa nominis Generalis, ſed ſimpliciter verba textus Græci ſonant, *Dilecto Fratri Tharaſio Patriarchæ.* III. Valde alienum eſt à mente Synodi, Imagines adorandas eſſe Cultu Latriæ propriè. IV. Concilium Francofordienſe hanc Synodum rejecit, at auctoritati hujus Concilij non officit.	CCCL.	*S. August. ep. 10. & q. 71. in Exodum.* *D. Damaſcenus in lib. de hæreſibus.* *Nicephorus in lib. contra Iconomachos.* *Bellarm. de Cultu Imaginum lib. 2. c. 7.* *Iouerius in Nicænum.* *Baron. anno 787.* *Boyl in Summa Concilio.*
I. Oecumenicum eſt hoc Concilium, nam ſufficit ad rationem veri Concilij aliquid in eo tractari, quod ad bonos mores, vel ad Hierarchiam ſpectet, cum ad rectam Fidem maximè conſervandam conducant. II. Canon VI. de irritâ Electione Epiſcopatus Photij ac Sacerdotum Ordinatione, factus fuit ad communem vulgarem intelligentiam, non ad ſcholaſticum rigorem: Quod ſi aliquando, non obſtante, quod eſſentialia in Ordinatione adhibita fuiſſent, reiterationem Ordinum æſtimarunt nonnulli eſſe neceſſariam, hoc probabiliter cenſuerunt, non diſtinguentes inter illicitum, & invalidum.	CCCLXXXIII.	*Antoninus parte 2. Chronologiæ tit. 22. cap. 13.* *Hallier. ſect. 3. de effectibus Ordinationis cap. 2. art. 6.* *Baronius tom. 1. Annal. idem in annum 869.* *Morinus de ſacr. ordinationum exercit. 5. c. 2.* *Boyvinus to. 2 Theol. quæſt. tripartitæ ad Conc. Conſtantinopol. 4.*
I. Dominium per Annulum, & Baculum, datum à Sæculari, deſignat ſpiritualem poteſtatem à ſæculari emanare, idcircò jure meritò Henrico V. à Lateranenſi Concilio fuit interdictum. II. Non eſt tenenda ſententia Vualrrami Epiſcopi Norembargenſis aſſerentis, Concilium non prohibuiſſe Dominium ſæcularibus, modò ſe declarent non dare Dominium aliud, quam bonorum temporalium.	CMXCVII.	*Ivo Carnotenſ. ep. 60.* *Sauſſerius in Panoplia Epiſcopali lib. 2.* *Baronius ad annum 1122.* *Baylardus lib. de Concilijs in Later. I.* *Boyl ſumma in Later.* *Bovin. in Lateran. I. to. 2. Theol. quatripartitæ.*
I. Contra Arnaldum de Brixia ſuſtinendum eſt I., Clericos Proprietates, Epiſcopos Regalia, Monachos Poſſeſſiones habentes, poſſe ſalvari. II., Bona Eccleſiaſticorum non eſſe Principis Sæcularia, nec ab ipſo in uſum Laicorum cedi poſſe. II. Canon III. infligens Excommunicationem ei, qui cum excommunicato communicat, nunc limitatur ad minorem excommunicationem, & intelligitur juxta Concilium Conſtantienſe de converſatione cum excommunicato denunciato.	M.	*S. Bernard ep. 125. & 126.* *Petrus Cluniacenſ. lib. 1. ep. 1. & 2.* *Otho Friſingenſis lib. 2. de geſtis Friderici.* *Alphonſus à Caſtro lib. adverſus hæreſes,* verbo Babtiſmus, *hæreſi V.* *Baronius ad annum 1139. & ad annum 1155.*
I. Sine fundamento congeries Canonum L. huic Concilio enumerantur, quia multitudine earumdem, veri obruuntur. Canones igitur pluſquam XXVIII. non ſunt. II. In ultimo Canone conceditur Indulgentia propugnantibus contra quoſdam Graſſatores Chriſtianos, quæ concedi ſolet contra Infideles, cum non minus defendendus ſit Chriſtianus vim injuſtè patiens à Chriſtiano, quam defendendus vim eamdem patiens à Pagano. III. Ad hoc Concilium vocati ſunt Græci, quorum nomine acceſſit Legatus Nectarius Abbas, qui poſt prolixas, & inutiles diſputationes ad ſuos reverſus eſt. IV. Decreta generalia de Uſura intelliguntur de vera, peccaminoſa, ac injuſta Uſura. Quid autem intelligatur pro injuſta uſura, videantur Doctores, quorum vix ullus eſt, qui plura de hac quæſtione non ſuppeditet. V. In Canone I. decernitur conditio electionis Papæ, quod ſemper ille legitimè ſit electus, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus.	CCC.	*Aug. lib. de Baptiſmo Parvulorum cap. Filios Dei de conſecrat. diſt. 4.* *S. Bernardus ſuper cant. cap. 66.* *Petrus Cluniacenſ. lib. 6. ep. 22.* *Cæſarius in hiſtor. mirabili lib. 5. cap. 21.* *Petrus Cantor. Pariſienſis de Verbo abbreviato c. 5.* *Gulielmus Neubrigienſis Rerum Anglicarum lib. 3. toto cap. 3.* *Baronius ad ann. 1170.* *Bovyn. tom. 2. Theolog. quadripartitæ de Concilijs in Lateranenſe III.*

CONCILIA GENERALIA

ANNO CHRISTI.	CONCIL. OECUMENICA.	SUMMI PONTIFICES.	SUB ASSESSIONE.	CAUSÆ CELEBRATIONIS SYNODORUM.	HÆRETICI CUM SUIS PROPOSITIONIBUS.
MCCXV. In Occidente.	Lateranēſe IV. XII.	Innocentius III.	Friderici II. Imperatoris.	Pro hæreſibus extirpandis, moribus Eccleſiæ reformandis, & bello ſecundo contra Turcas, qui Terram Sanctam invaſerant.	Abbas Joachim proferens propoſitionem hæreticalem, non hæreticus. Almaricus hæreticus. Primus aſſerens, Perſonas Divinas eſſe unum Deum unitate collectionis, & ſpecifica. Secundus negans I. Tranſubſtantiationem. II. Infernum, & Paradiſum. III. Reſurrectionem. IV. Cultum Imaginum. V. Deum in Patria videri in ſe. VI. Aſſerens multiplicationem Humani Generis, & diverſitatem Sexus fuiſſe ex peccato. VII. Omnes creaturas finaliter debere converti in Deum. VIII. Opus peccaminoſum ex ſua natura non fore peccatum, ſi fieret in Charitate.
MCCXLV. In Occidente.	Lugdunēſe I. XIII.	Innocentius IV.	Balduini II. Imperatoris Conſtantinopolit.	Pro excommunicando Imperatore Friderico II. Eccleſiæ Perſecutore, & pro ſuſcipienda expeditione Terræ Sanctæ.	Nulli.
MCCLXXIV. In Occidente.	Lugdunēſe II. XIV.	Gregorius X.	Rodulphi Imperatoris.	Pro tollendis ſchiſmate Græco, ac hæreſibus Græcorum.	Photius non hæreticus, quem ſequuti ſunt Græci negantes, Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio.
MCCCXI. In Occidente.	Viennenſe Unicum. XV.	Clemens V.	Henrici VII. Imperatoris.	Ut examinaretur cauſa Templariorum de pluribus criminibus ſecularerum. Pro condemnandis hæreſibus Beguardorum, & Beguinorum, ac Petri Joannis Olivi, & pro aliis rebus decernendis.	Templarij non Hæretici, ſed homines corrupti dicentes incertas hæreſes, quamvis in hoc diſſentiant Auctores. Beguardi aſſerentes I. In præſenti vita, hominem proficere poſſe uſque ad impeccabilitatem. II. Quod Homo, qui jam Perfectionis gradum eſt aſſequutus non jejunare oportet, ac poteſt liberè quidquid corpori placet concedere. III. Quod Perfecti præceptis Eccleſiæ non obligantur. IV. Quod Homo poſſit finalem Beatitudinem perfectè in Via aſſequi ſicut in Patria, nec indigeat Lumine Gloriæ elevante. V. Quod exercitium virtutis ſit hominis imperfecti. VI. Quod mulieris oſculum, cum ad hoc Natura non inclinat, ſit peccatum mortale. Actus autem carnalis, quando Natura inclinat, non ſit peccatum. VII. Quod in elevatione Corporis Chriſti, non debemus reverentiam exhibere. Petrus Joannes Olivius aſſerens. I. Lanceâ apertum fuiſſe Latus Chriſto viventi. II. Animam Rationalem non eſſe per ſe, & eſſentialiter formam humani corporis. III. Baptiſmum non eſſe pro omnibus perfectum remedium ad Salutem.
MCDXXXVIII. In Occidente.	Florentinum Unicum. XVI.	Engenius IV.	Joannis Paleologi Conſtantinopolit. Imperat. præſentis.	Pro extirpandis erroribus Græcorum, ac utriuſque Eccleſiæ unione componenda.	Græci Sebiſmatici negantes Spiritum Sanctum procedere à Filio, dubitantes de igne Purgatorii, ac de Primatu Romani Pontificis.
MDXII. In Occidente.	Lateranēſe V. XVII.	Julius II. incœpit. Leo X. abſolvit.	Maximiliani Imperatoris.	Pro deſtruendo Concilio Piſano, ac pro defenſione Immortalitatis Animæ.	Quidam Philoſophi tolerati, non hæretici, inter quos Petrus Romponatius Mantuanus aſſerens Animam mortalem, ac unicam in omnibus hominibus.

N O V Æ   L E G I S.

RATIONES HÆRETICORUM.	RATIONES CONCILII CONTRA HÆRETICOS.
Pro Joachim. Quia Chriſtus orabat Patrem illis verbis, ut habetur (Joan. 17. 23.) *Rogo ut ſint unum, ſicùt & Nos Unum ſumus*, ergo non niſi collectivè Perſonæ Divinæ, ſicut unus Deus. Pro I. Almarici: Quia Chriſtus eſt in omni loco per immenſitatem, ergo non requiritur *Tranſubſtantiatio*. Pro II. Ipſum peccatum eſt Infernus Peccatoris; Creatura in ſuâ naturâ creata cognoſcens Deum eſt *Beata*, ergo nec alius Infernus, & Paradiſus datur. Pro III. Quia non eſt neceſſaria. Pro IV. Adorando Imagines, fieret Idolatria, ergo non eſt bona Adoratio Imaginum. Pro V. Deus ſolum eſt viſibilis in creaturis, ergo non videtur in ſe. Pro VI. Quia diverſitas Sexus fuit effectus peccati, ergo unus ſine illo Sexus. Pro VII. Quia ſicuti antea omnes erant in Deo, ita & finaliter convertentur in Deum. Pro VIII. *Quia*, ut habetur (1. Petr. 4. 8.) *Charitas operit multitudinem peccatorum*, ergo in Charitate nullum peccatum.	Contra Joachim: ly, ſicut non dicit plenam ſimilitudinem, ſed intelligitur: Rogo, ut ſint unum ſuo modo, ſicut nos ſumus unum modo noſtro. Contra Almaricum. Ad I. (Matth. 26. 26.) *Hoc eſt Corpus meum*, ergo per identitatem, non per ſolam immenſitatem. Ad II. Infernus eſt effectus peccati, non ipſum peccatum (1. Cori. 13. 12.) *Deum videbimus facie ad faciem*, ergo datur Infernus, & Paradiſus. Ad III. (1. Cori. 15. 12.) *Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam Reſurrectio Mortuorum non eſt? .... Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergo Prædicatio noſtra.* Ad IV. Adoramus Imagines propter excellentiam Figurati, ergo ſine Idolatria. Ad V. Patet ex ratione ad ſecundam. Ad VI. (ex Geneſ. 1. 27.) *Creavit Deus hominem .... maſculum, & fœminam creavit eos*; ergo ante peccatum fuit diverſitas Sexus. Ad VII. (Sap. 2. 23.) *Deus creavit hominem inexterminabilem*. Item (Sap. 3. 4.) *Spes illorum immortalitate plena eſt*, ergo homines non convertentur in Deum. Ad VIII. Suppoſitio eſt impoſſibilis, ſequeretur ergo eſſe, & non eſſe peccaminoſum.
Nullæ.	Nullæ.
Quia in Symbolo Conſtantinopolitano non erat illa particula, *Filioque*; idcircò hæreticos habebant Latinos, quod illam particulam addiderint.	Poteſt addi aliquid Concilio ipſum explicans, dummodò ſubſtantialia Concilij non deſtruat. Voluntas Filij eſt æquè fœcunda, ac voluntas Patris; ergo æqualiter ab utriſq; Spiritus Sanctus, tamquam ab uno Principe procedere debet.
Beguardi pro I. Quia, ſi aliquis ſemper proficere poſſet, daretur aliquis Chriſto perfectior. Pro II. Quia, qui jam gradum Perfectionis aſſecutus eſt, ſenſualitatem habet perfectè ſpiritui, & rationi ſubjectam, ergo non oportet jejunare. Pro III. Quia (2. Cor. 3. 17.) *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas*; ergo Perfecti præceptis Eccleſiæ non obligantur. Pro IV. Quia homo inclinat ad Beatitudinem naturaliter, ergo naturaliter poteſt illam aſſequi. Pro V. Quia homo Perfectus, utpotè virtuoſus, jam aſſecutus eſt virtutem, ergo non indiget virtutis exercitio. Pro VI. Quod fit juxta Naturam, fit Deo volente, ergo actus carnalis, quando ex inclinatione Naturæ fit, eſt ex Deo, & quod ex Deo, peccatum non eſt. Pro VII. Quia imperfectio eſt aliquid ab altitudine, & puritate ſuæ perfectionis deſcendere, ergo in elevatione Corporis Chriſti non debemus reverentiam exhibere, & contemplationem relinquere. Petri Joannis Olivi pro tribus ſuis propoſitionibus incerto rationes.	Contra I. Beguardorum. Quia Deus poteſt majori ſemper Hominem amore diligere, ergo nunquam homo habebit terminum ſuæ Perfectionis. Contra II. Quia homo in via poteſt mereri, ergo poteſt peccare, adeoque ſemper erit neceſſarium remedium ad vitandum peccatum. Ad III. Ubi potentia ad peccandum, ibi præceptum: habent Perfecti potentiam ad peccandum; ergo obligentur præceptis. Ad IV. (1. Corin. 13. 12.) *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem*, ergo in Via finalem Beatitudinem non aſſequimur. Ad V. (Pſal. 83. 8.) *Ibunt de virtute in virtutem*, loquendo de Perfectis, ergo exercitium virtutis eſt etiam Perfectorum. Contra VI. Inclinatio illa eſt ſenſualis non rationalis, ergo non eſt naturalis, prout naturale, idem ſonat, ac voluntas Dei. Ad VII. Reverentia, quæ fit Corpori Chriſti eſt effectus Perfectionis, & Puritatis; hanc ergo non deſtruit, nec ipſi opponitur. Contra I. Joannis Olivi. Quia (Joan. 19. 33.) *Ut viderunt Eum jam mortuum, non fregerunt Ejus crura, ſed unus militum Lancea latus Ejus aperuit*, ergo Chriſto viventi latus lancea apertum non fuit. Ad II. quia Anima conſtituit unum per ſe cum corpore; ergo eſt eſſentialiter Forma humani corporis. Ad III. ex opere operato Chriſti Baptiſma confert ſalutem, ergo æquè parvulis, ac adultis.
Pro I. Quia non debebat fieri additio Concilio Conſtantinopolitano. Pro II. Quia non conſtat ex Scripturis, dari ignem Purgatorii. Quoad Primatum Romani Pontificis nullam attulerunt contrariam rationem.	Ad I. ly, *Filioque*, non ut additio, ſed tamquam explicatio, & gratia veritatis declarandæ licitè, ac rationabiliter Symbolo fuit appoſita. Ad II. (Mach. 2. 12. 46.) *Sancta, & ſalubris eſt cogitatio prò Defunctis exorare*, ergo datur Purgatorium. Ad III. Romanus Pontifex eſt verus D. Petri Succeſſor, quia ſic ex Scripturæ fundamento Oecumenica Concilia, & ſacri Canones ſanxerunt.
Aliter loqui debemus ut Chriſtiani, aliter ut Philoſophi, & quidem ex principiis Ariſtotelis inferri non poteſt immortalitas Animæ.	Si Anima eſſet mortalis, Incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis non profuiſſent, nec expectanda eſſet Reſurrectio. Tum quia Sancti, & Juſti infeliciores eſſent omnibus hominibus. Verum deinde non poteſt contradicere veræ Fidei. Tum quia Scriptura ait: (Matth. 10. 28.) *Animam autem non poſſunt occidere*. Tum etiam (Joan. 12. 25.) *Qui amat animam ſuam in hoc mundo perdet eam.*

CONCILIA GENERALIA

TEMPUS, AD QUOD PROLATA FUERE CONCILIA.	NUMERUS CANONUM, AC CAPITA, QUÆ COMPLECTUNTUR.
Lateranenſe IV. Inceptum III. Idus Novembris, & menſe Martii ſequentis anni abſolutum.	LXX. Canones, ſeu Decreta recenſentur, ubi agitur: de Fide Catholica. De Hæreticis. De ſuperbia Græcorum. De dignitate Patriarcharum. De Conciliis Provincialibus. De Correctione. De Inquiſitoribus. De Prædicatoribus, ac Magiſtris. De Capitulis Monachorum. De novis Religionibus prohibitis. De Clericis. De Negligentia Prælatorum. De ſupellectilibus Eccleſiæ. De Chriſmate, & Euchariſtia. De Confeſſione, & Communione, De Infirmis. De Eccleſia Cathedrali. De Electione. De Ordinandis De duplicitate Beneficiorum. De idoneitate Inſtituendorum. De Filiis Canonicorum. De Patronis Eccleſiarum. De Procurationibus. De Subditis. De cauſa Appellationis. De poteſtate Judicis. De Litteris impetrandis. De ſcribendis Actis. De Reſtitutione. De vera Poſſeſſione. De continuatione Bonæ Fidei. De Sæculari juſtitia. De Excommunicatione. De Matrimonio. De Decimis. De interpretatione Privilegiorum. De Religioſis. De Abbate. De Veneratione Reliquiarum. De Judæis, & eorum uſuris.
Lugdunenſe I. Inceptum VI. Kalendas Julii, & XVII. Kalendas Auguſti abſolutum.	XII. Decreta, ſeu Canones habentur in quibus diſputatur: De ſubſidio Terræ Sanctæ. De Immunitate Cruce Signatorum. De loquente cum Excommunicato. De Judicibus Delegatis. De Actoris citatione. De Reo non trahendo ad diverſos Judices. De Judice Delegato cogente Partes ad comparendum. De Poſitionibus negativis probandis per confeſſionem Adverſarii. De Votis conditionalibus alternativis. De Reo à quocumque expoliato in criminalibus. De Judice Eccleſiaſtico injuſto, & excommunicante.
Lugdunenſe II. Inceptum VII. Idus Maii, & XIV. Kalendas Auguſti abſolutum.	Nulli.
Viennenſe. Inceptum XVI. Kalendas Novembris, & Kalendis Maii ſequentis anni abſolutum.	Canones permulti enumerantur in quatuor libris Clementinarum. Quadraginta autem ſeligo, in quorum capite ponuntur hæc verba; *Clemens in Concilio Viennenſi*. In iſtis igitur XLIX. ſermo habetur: De ſumma Trinitate, & Fide Catholica. De Reſcriptis. De Electione, & Electi. De Renunciatione. De ſupplenda Prælatorum negligentia. De Conditionibus præficiendorum. De Vicariis. De Delegatis. De Judicibus ordinariis. De Procuratoribus. De Reſtitutione in integrum. De Judiciis. De Foro competenti. De cauſa Poſſeſſionis. De Dolo, & Contumacia. De Lite pendente. De Probationibus. De Teſtibus. De Jurejurando. De Exceptionibus. De Sententia. De Appellationibus. De Clericis. De Præbendis. De non alienandis rebus Eccleſiæ. De rerum Permutatione. De Teſtamentis. De Sepulturis. De Decimis. De Regularibus. De domibus Religioſis. De Jure Patronatus. De Cenſibus, Exactionibus, & Procurationibus. De Celebratione Miſſarum, & Divinorum Officiorum. De Baptiſmo. De veneratione Reliquiarum, & Sanctorum. De Immunitate Eccleſiæ. De Conſanguinitate, & Affinitate. De Magiſtris. De Judæis, & Saracenis. De Hæreticis. De Homicidio. De Uſuris. De exceſſibus Prælatorum. De Privilegiatis. De Pœnis. De Pœnitentiis, & Remiſſionibus. De Cenſuris. De Significatione Verborum Regulæ D. Franciſci.
Florentinum. I. Anno abſolutum.	IV. Canones recenſentur. I. De Spiritus Sancti Proceſſione, & additione in Symbolo fidei, *ex Patre, Filioque*. II. Loquitur de Confectione Corporis Chriſti in azymo, & fermentato pane. III. De Purgatorio. IV. De Primatu Summi Pontificis in univerſam Eccleſiam. Nonnulli alii Canones, ſeu Decreta exſtant ſuper unionem Jacobinorum, & Armenorum, per quos I. Datur Armenis, & Jacobinis Symbolum Fidei Eccleſiæ Romanæ. II. Traditur definitio quartæ, & univerſalis Synodi Chalcedonenſis de duabus naturis in una Chriſti perſona. III. Definitio de duabus Chriſti operationibus in ſexta Synodo promulgata. IV. Declaratur ipſis Synodus Chalcedonenſis, ac injungitur tanquam Sanctum Papam Leonem venerari, ac quod reverenter ſuſcipiant omnes alias univerſales Synodos. V. Exponitur ipſis ſub formula, veritas Eccleſiaſticorum Sacramentorum.
Lateranenſe V. V. Annis abſolutum.	XI. Habentur Canones, ac IV. Decretales. Primus factus in Seſſione V. loquitur de Symoniaca pravitate in electione Summi Pontificis non committenda. Alii decem facti tempore Leonis X. tractant: De qualitatibus promovendorum in Epiſcopos, & Abbates. De amotione Epiſcopi, ac Abbatis. De Commendis Monaſteriorum. De Unionibus perpetuis. De Diſpenſationibus ad plura incompatibilia. De Cardinalibus. De Præceptoribus puerorum. De innovatione Conſtitutionum contra Symoniacos. De Blaſphemiis. De non recitandis Horis Canonicis. I. Decretalis agit. De confirmatione Montis Pietatis. II. De Impreſſione Librorum. III. De modo prædicandi Verbum Dei. IV. De Excommunicatione majori contra invadentes domos Cardinalium.

NOVÆ

N O V Æ L E G I S.

PROPOSITIONES CONTROVERTIBILES.	PATRIBUS CONVENIENTIBUS.	LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR,
I. Patres Concilii diſtinctionem illam, *Deus omnipotens ſua virtute, ſimul ab initio temporis de nihilo utramque condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem*, probabile eſt deſumpſiſſe ex illis verbis Scripturæ: *In principio creavit Deus Cœlum, & Terram*. II. Angelos eſſe ſpirituales, ut nè quodam tenuiſſimo corpore conſtent, ex primo Decreto hujus Concilii ſaltem probabiliter deducitur. An hoc autem ex vi ejuſdem Concilii tenendum ſit de Fide, multi magni nominis Doctores negant. III. Novum vocabulum *Tranſubſtantiationis* ab hoc Concilio inventum, non ſignificat quoad rem, & doctrinam aliquod diverſum è mente vetuſtiſſimorum Patrum. Uſi ſunt illo Patres Concilii conſultò, utpotè aptiſſimo ad naſcentes errores profligandos. IV. Hoc nomen *Tranſubſtantiationis* non fuit ignotum Eccleſiis Orientalibus. Tum quia Patres Græci uſi fuerunt termino æquivalenti. Tum quia in hoc Concilio interfuerunt quatuor Orientis Patriarchæ, vel per ſe, vel per Legatos, qui etiam ſymbolum aſſanſerunt. V. Non eſt de jure Divino, quod dicitur in Decreto XI. nempè; Parochianos ſemel in anno debere confiteri proprio Sacerdoti.	MCCLXXXV.	*S. Antonin. 4. p. tit. 11. c. 7.* *D. Bonavent. 1. ſent. diſt. 5.* *Cæſar Hiſt. mirab. lib. 5. c. 2.* *Turrecr. in Summa lib. 4. cap. 34.* *Nicolaus Abramus in Pharo, cap. 12. Veteris Teſtamenti in Hexameron.* *Petrus Poſſuanienſis in 2. ſent. diſp. 2. concl. 1.* *Arnaldus adverſus Miniſtrum Claudium lib. edita Pariſiis anno 1669.* *Bellarm. tom. 3. Contr. lib. de Sacram. Euchariſtiæ.* *Bayl. in ſumma, tom. 1. ad Lateranenſe IV.*
I. Pontifex etſi poteſtatem directam in Principes ſæculares non habeat, habet tamen indirectam, ita ut poſſit coercere Laicum Principem ad finem ſpiritualem, idcircò ambigendum non eſt, potuiſſe in hoc Concilio deponere Fridericum Imperatorem. II. Colligi non poteſt Concilium Lugdunenſe I., conſentientibus univerſis Patribus, Fridericum depoſuiſſe, quia in Bulla Depoſitionis non legitur, *Sacro approbante Concilio*, ſicut in aliis Decretis, ſed tantum *Sacro præſente Concilio*. Nec fit mentio conſenſus Patrum, ſed ſolum Papam cum Concilio maturam deliberationem habuiſſe de flagitiis Friderici.	CXL.	*Baronius tom. 10. Anno Chriſti 807.* *Bellarminus lib. 5. de Roman. Pont. cap. 6. 7. & ſeqq.* *Vincentius Bellovacenſis in Speculo hiſtoriali lib. 27.* *Bzovius in ſuis Annalibus.*
I. Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio, auctoritate Scripturarum, tum etiam Patrum Græcorum comprobatur; unde immeritò Græci conqueruntur, Concilium definiſſe, quod nec Scripturæ aſſeruit, nec eorum antiqui Patres cognoverunt. II. Concilium non ſolum definivit à Patre, & Filio Spiritum Sanctum procedere, ſed etiam decrevit, ab utroque, tamquam ab uno Principio procedere, ita ut ſit Unus, & non duo ſpiratores. III. Non fuit ſuperflua, & minimè neceſſaria definitio Eccleſiæ circa Proceſſionem Spiritus Sancti à Filio, quia erat cauſa ſpectans ad Religionem, & Pietatem.	M.	*Magiſt. in 1. diſt. 11.* *D. Bonaventura in 1. Sent. diſt. 11. art. 1. quæſt. 1.* *Andreas Duvallius de Fide quæſt. 7. art. 2. de hæreſ. poſt Cordubenſ. quæſt. 17. § 10.* *Guillielmus de Nangiaco in Geſtis Philippi Tertii Francorum Regis.*
I. Decreta hujus Concilii ad doctrinam, ac damnationem plurium errorum ſpectantia ſemper obligarunt tamquam Decreta Concilii Univerſalis, ac propterea habent vim regulæ Fidei, cui non licet contradicere. De aliis verò Decretis ad diſciplinam ſpectantibus, an fuerint in Concilio publicata, vel poſt, & quo tempore inceperint obligare, diverſæ ſunt opiniones. II. Ordo Templariorum meritò ab hoc generali Concilio damnatus fuit, quia illius Ordinis Religioſi à pietate, & zelo majorum abalienati fuerant, an deinde vera fuerint delicta, & hæreſes Templariis impoſita, conſtans eſt ex utraque parte Doctorum opinio. III. Concilium damnavit propoſitiones Petri Olivi, intacta ejus honoris fama, ejuſq. ſalvo nomine, & honore, & improbabile non eſt furſan talia ipſum non dixiſſe, ac potius ex pravo affectu, & ignorantia, quam ex ſincero veritatis amore, æmulos Patrum Concilio denunciaſſe.	CCC.	*S. Antonin. 3. parte hiſtor. tit. 21. cap. 3.* *Tritemius in Chronico Hirſaugienſi.* *Maſſon. Lib. 3. Annal. Baronii anno 1312.* *Ballardus tomo de Conciliis in Viennen.* *Matth. Pariſienſis in Chronic. Min. an. 1208.* *Joannes Andreas in exordio Clement.* *Vvadingus in annal. Minor. ad ann. 1311.* *Reynin. to. 2. Theolog. quadrip. in Vienn.*
I. In hoc Concilio omnium Græcorum errores haud diſcuſſos eſſe putant nonnulli cum præter examinatos, XL. alios enumerent, quorum præcipui ſunt. I. Uſuram, ſimplicem Fornicationem, Deceptionem inimicorum, etiam pejerando factam, non eſſe peccatum. II. Nullum eſſe ſcrupulum de Simonia. III. Damnandos eos, qui radunt barbas, & comedunt de Suffocato. IV. Pro Furto, Uſura, & Rapina ſufficere, ut alio ſimplici peccatores à Sacerdotibus inungantur, ſine Satisfactione. Probabile tamen eſt hos, & alios errores particularium fuiſſe Græcorum, non totius Eccleſiæ Græcæ. II. Legitimum, ac generale eſt hoc Concilium ab Eugenio Papa indictum, & confirmatum, qui habebat ſupra Baſileenſe Concilium authoritatem, neque ab hoc Eugenius poterat deponi, ac excommunicari. III. Decretum unionis cum Armenis, & Jacobinis ad hoc Concilium generale ſpectat, quia unio Armenorum Græcis conſentientibus, etſi non præſentibus, ſubſequuta eſt. IV. Certum non eſt in hoc Concilio, Decretum factum fuiſſe de cathalogo Librorum Sacræ Scripturæ, multi enim ſunt pro utraque parte Doctores.	CXLI.	*Vvadingus ad ann. 1419.* *Spondanus ad ann. 1438.* *Guid. Carmelita in Summa de Hæreſibus.* *Arcud. de Concord. Eccl. Orient. ac Occiden.* *Coriolanus in Summa Concilior.* *Bayl. in Summa Concil. Florent.* *Reynin. in Theol. quadripartita tom. 2. de Concil.* *Bellarm. de Proceſſ. Spiritus S. & de Verbo Dei lib. 1. cap. 4.* *Idem de Primatu Papæ tom. 2. lib. 1. de Rom. Pontif.* *Florat. Juſt. in actis Conc. Flor.*
I. Hoc Concilium eſt Oecumenicum, licet Epiſcopi Galliæ abfuerint, ob Piſanum Concilium, quod fovebat Rex Galliæ. Sunt tamen magni nominis Doctores aſſerentes Cenſuras hujus Concilii uſu non eſſe receptas. II. Montes Pietatis non ſunt uſurarii, nec verba Concilii, *melius forè ſi omninò tales Montes gratuitò conſtituerentur*, probant eſſe malos. III. Ex hoc Concilio infertur de Fide eſſe, Rom. Pontificem ſuper omnia Concilia auctoritatem habere. IV. Compilatio nonnullorum Decretorum Concilii Baſileenſis, confirmatorum à Carolo VII. Francorum Rege, quæ dicta eſt, *Pragmatica Sanctio*, abrogata fuit in hoc Concilio, & loco ipſius ſubſtitutum eſt concordatum factum Bononiæ, confirmatum in Seſſ. XI. hujus Concilii anno MDXVI., receptumque à Franciſco I. & regiſtratum in Senatu Pariſienſi anno MDXVII., in quo concordato tractatur de Collatione, ac Præſentatione Beneficiorum, & de abrogatione Pragmaticæ Sanctionis.	CXIV.	*Baronius ad ann. 1512.* *Scherlogus in cap. 6. Cant. Inveſtigat. 34. explanat. miſtica ſect. unic. Bellar. lib. 1. de Concil. authorit. cap. 17.* *Andreas Duvalius in tract. contra Simonem Vigorium part. 4. quæſt. 7. & 8.* *Bannez. in 2. 2. D. Thomæ quæſt. 1. art. 10.* *Suarez. tom. 1. in 3. par. D. Thomæ diſp. 13. ſect. 7.* *Sanſopus in panoc. ep. lib. 2.* *Bayl. in ſum. Conc. ad Later. V. de conſt. concor. Gallici.* *Spondanus ann. 1523. n. 20.*

CONCILIA GENERALIA

ANNO CHRISTI.	CONCIL. OECUMENICA.	SUMMI PONTIFICES.	SUB ASSESSIONE.	CAUSÆ CELEBRATIONIS SYNODORUM.	HÆRETICI CUM SUIS PROPOSITIONIBUS.
MDXLV. In Occidente.	Tridentinum. XVIII.	Paulus III inccœpit, Julius III. continuavit, Pius IV. abſolvit.	Caroli V. & Friderici I. Imperatorum.	Pro deſtruendis erroribus Lutheri, & ejus diſcipulorum Carloſtadii, & Melanctonis. Pro reformatione Eccleſiæ, & pacis inter Principes.	Lutherus cum ſuis diſcipulis aſſerens multas hæreticales propoſitiones, quarum præcipuę, octo ſunt. I. Homines ſola Fide juſtificari. II. Liberum Arbitrium peccato Adami periiſſe. III. Papam eſſe Anti-Chriſtum. IV. In Euchariſtia remanere ſubſtantiam panis. V. Indulgentias eſſe invalidas. VI. Purgatorium eſſe purum Diaboli inventionem. VII. Sacramenta Gratiam non conferre. VIII. Peccata per Pœnitentiam tantummodo non imputari.

TEMPUS, AD QUOD PROLATA FUERE CONCILIA.	NUMERUS CANONUM, AC CAPITA, QUÆ COMPLECTUNTUR.
Tridentinum. XVIII. Annis abſolutum.	Quoniam multi ſunt Canones, & Decreta hujus Concilii, & difficilis eorum ſummaria diſtinctio, recenſentur hic Seſſiones; ſub quibus continentur nempè XI. & ſunt Seſſiones IV. V. VI. VII. XIII. XIV. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. & quidem ex iſtis XI. Quatuor ſub Paulo III. Duæ ſub Julio III. Quinque ſub Paulo IV. ut infra.

SESSIONES HABITÆ SUB PAULO III. ANNO MDXLV.

Seſſio IV. agit: De Libris Canonicis. De Verſione antiqua Latina, *Vulgata* dicta. De Impreſſione Librorum. De Violatoribus Verbi Divini.

Seſſio V. ponit Decretum de peccato Originali poſteris transfuſo per Adæ peccatum; & loquitur de Remiſſione ejuſdem peccati. De Parvulis baptizandis, ètſi naſcantur à parentibus baptizatis. De Concupiſcentiæ Fomite. De B. Virgine non comprehenſa in Decreto de peccato Originali. De Electoribus Sacræ Scripturæ. De Obligatione Epiſcoporum ad prædicandum Verbum Dei; tum etiam de Prædicatoribus Regularibus.

Seſſio V. & VI. continet Decretum de Juſtificatione, amplectens XVI. Capita, XXXIII. Canones, & Decretum de Reformatione.

In V. Decreto agitur De impoſſibilitate Juſtificationis per vires Naturæ. De Adventu Chriſti ad hominum Juſtificationem. De applicatione Meriti Chriſti. De eſſentia Juſtificationis. De initio Juſtificationis in adultis. De diſpoſitione ad Juſtificationem. De Juſtificatione ſequente ad præparationem, & denuò quid ſit Juſtificatio. De Juſtificatione per Fidem, & gratuita. De incertitudine Juſtificationis quoad perſonam. De Augmento Juſtificationis. De poſſibili obſervantia Præceptorum. De incertitudine, quam quiſque habet de ſua Prædeſtinatione, & de perſeverantia in Gratia. De recuperatione Juſtificationis. De Gloria obtinenda per merita.

XXXIII. Canones hanc eamdem Doctrinam de Juſtificatione per regulas continent.

Decretum de Reformatione complectitur V. Capita. In I. agitur, De reſidentia Epiſcoporum, etiamſi Cardinalium. De obligatione Epiſcoporum ad compellendos Beneficiarios ad Reſidentiam. De Regularibus degentibus extra Clauſtrum. De Epiſcopis exercentibus Pontificalia in aliorum Diœceſi.

Seſſio VII. agit I. De Sacramentis in genere in XIII. Canonibus. II. De Baptiſmo in particulari in XIV. Canonibus, & De Confirmatione in III. Canonibus.

Factum fuit etiam Decretum de Reformatione, complectens XV. Capita, in quibus agitur: De qualitatibus præficiendorum ad Cathedrales. De prohibitione plurium Cathedralium in uno. De Reſidentia in Loco perſonarum habentium Beneficia, præſertim Curata. De Retentione plurium Beneficiorum. De Viſitatione Ordinariorum. De prohibitione Litterarum Dimiſſoriarum ad Ordines ſuſcipiendos intra annum Vacationis. De obtenta Facultate, ut a quocumque promoveantur.

NOVÆ LEGIS.

RATIONES HÆRETICORUM.

Pro I. Homines ex Fide juſtificari, quia per Fidem peccata eis non imputantur: (Rom. 1. 17.) *Juſtus ex Fide vivit*.

Pro II. (1. Reg. 2. 25.) *Non audierunt vocem patris ſui*, (Filij Heli) *quia voluit Dominus occidere eos*. Et (Prov. 16. 1.) *Hominis eſt animam præparare; & Domini gubernare linguam*; ergo Liberum Arbitrium nullum.

Pro III. Quia vox illa, *Anti*, Græcè ſignificat, *Vice*, ſeù *Vicarius*: ergo Anti-Chriſtus Vicarius Chriſti. Anti-Chriſtus ergo eſt Papa, qui ſe Vicarium Chriſti facit.

Pro IV. (Matth. 26. 26.) *Hoc eſt Corpus meum*, Videlicèt: Hic panis eſt Corpus meum: Ergo in Eucharіſtia habetur ſubſtantia panis.

Pro V. Quia omnis reatus culpæ, & pœnæ ſolvit à Deo remiſſus per Fidem; ergo Indulgentiæ ſolum ſunt ſignum reſipiſcentiæ apud homines, ac abſolutè ſunt invalidæ.

Pro VI. Non diſcriminantur peccatum Mortale, & Veniale; ergo vel per Fidem æquè tolluntur, vel ſi poſt mortem remanent, æquè pœna æterna debentur, adeoque Purgatorium eſt pura Inventio.

Pro VII. (Rom. 1. 17.) *Juſtus ex Fide vivit*; non dicit: ex Sacramentis vivet; ergo Sacramenta Gratiam non conferunt.

Pro VIII. (Pſal. 31. 2.) *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum*; ergo per Pœnitentiam peccata tantummodo non imputantur.

RATIONES CONCILII CONTRA HÆRETICOS.

Contra I. (1. Cor. 13. 2.) *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, Charitatem autem non habuero, nihil ſum.... nihil mihi prodeſt*; ergo ſola Fides non ſufficit.

Contra II. (Num. 30. 14.) *In Arbitrio viri erit, ut faciat, ſivè non faciat*. (1. Cor. 9. 1.) *Non ſum liber? Non ſum Apoſtolus?* ergo datur Liberum Arbitrium.

Contra III. Anti-Chriſti nomen idem eſt, ac hoſtis, & æmulus Chriſti, Papa eſt Chriſti famulus, & in omnibus Chriſto ſubjectum ſe fatetur; ergo Papa non eſt Anti-Chriſtus.

Contra IV. (Matth. 26. 26.) *Hoc eſt Corpus meum*, ideſt: Quod ſub his ſpeciebus habetur, eſt corpus meum; fieri enim non poteſt, ut panis ſit corpus Chriſti.

Contra V. [Matth. 18. 18.] *Quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo*. Quorſum enim additur in Cœlo, ſi non tollitur vinculum, niſi humanum: ergo omnis reatus non remittitur per Fidem, adeoque validæ ſunt Indulgentiæ.

Contra VI. (Jacob. 1. 15.) *Concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſumatum fuerit, generat mortem*; ergo veniale diſtinguitur à mortali. Fieri poteſt ut homo cum Veniali decidat: ergo purgari debet: ergo datur Purgatorium. Tum quia nec Mortale ſemper dimittitur cum tota pœna temporali.

Contra VII. (Ad Epheſ. 5. 25.) *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit prò ea, ut illam ſanctificaret, mundans Lavacro Aquæ in verbo vitæ*. Item (Act. 2. 38.) *Baptizetur unuſquiſque veſtrum in Nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti*; ergo Sacramenta conferunt Gratiam.

Contra VIII. (Joan. 20. 23.) dicitur: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Et iterùm [Pſal. 31. 5] habetur: *Confitebor injuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei*; ergo peccata verè remittuntur.

PROPOSITIONES CONTROVERTIBILES.	PATRIBUS CONVENIENTIBUS.	LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR.
I. Ad veritatem hujus Concilij non obſtat, quod cum aliis Epiſcopis fuerit Judex Papa, qui ante ad Concilium eadem Hæreticorum dogmata anathemate percuſſerat, vel quod majori ſuffragiorum numero ſententia contra hæreticos lata fuerit. II. Alius Judex Concilii præter Summum Pontificem aſſignari non poteſt, quia poteſtas ad judicandum in rebus Fidei non eſt compromittenda, cum non ſit humani juris, ſed divini. III. Ex Canone Eccleſiaſtico apud Cyprianum (lib. 1. ep. 2.) ubi habetur, quod illic lites judicari debent, ubi ortæ ſunt, non ſequitur, hoc Concilium celebrari debuiſſe Germaniæ, & non Tridente, quia Canon ille intelligitur de factis, & cauſis particularibus, non de cauſis Fidei ad totam Eccleſiam pertinentibus. IV. Poſſunt Hæretici condemnari, tum ex Scriptura, tum ex Traditionibus, & Canonibus. V. Papa in Concilio non debet Prælatos à fidelitatis juramento abſolvere. VI. Salvus Conductus dandus eſt quidem perſonis, ſed non cauſæ.	CCCIII.	*Stapletonus Cont. 3. lib. 7. cap. 9.* *Pallavicinus in hiſtoria Tridentini Concilii.* *Bayola in Theol. quadripar. Tom. 2. ad Concilium Tridcat.* *Boyl. ſumma tom. 2. de Conciliis ad Tridentinum.* *Andreas Vega in Conciliis ad Tridentinum.* *Scipio Enricus Cenſura Theologica, & Hiſtorica.*

SESSIONES HABITÆ SUB JULIO III. ANNO MDL.

SEſſio XIII. continet Decretum de Eucharіſtia in VIII. Capitibus, & XI. Canonibus; & Decretum de Reformatione in VIII. Capitibus.

I. Decretum agit de Reali præſentia Chriſti in Euchariſtia. De Tranſubſtantiatione. De Communione ſub unâ ſpecie. De aſſervando Euchariſtiæ Sacramento in Eccleſia. De eodem ad infirmos deferendo. De Illo, cultu Latriæ adorando. De præparatione ad Euchariſtiam ſuſcipiendam.

XI. Canones tractant de hac eadem Doctrina ſub anathemate credenda.

Decretum de Reformatione agit: De Juriſdictione Epiſcopi ſuper Subditos.

Seſſio XIV. In hac ſancitum fuit I. Decretum de Sacramento Pœnitentiæ in IX. Capitibus. II. Decretum de Extrema Unctione in triplici capite. III. XV. Canones de Pœnitentia. IV. IV. De Extrema Unctione. Poſtremo, Decretum de Reformatione continens XIV. Canones.

In Capitibus de Sacramento Pœnitentiæ agitur: De neceſſitate Pœnitentiæ, & ejus Inſtitutione. De differentia Bapteſmi, & Pœnitentiæ. De Fructo, & partibus Pœnitentiæ. De Contritione, & Attritione. De Confeſſionis neceſſitate. De Miniſtro Pœnitentiæ. De Reſervatione peccatorum. De neceſſitate Satisfactionis. De operibus Satisfactionis.

In Capitibus de Extrema Unctione agitur: De ipſius Inſtitutione. De effectibus Extremæ Unctionis. De Miniſtris, & ijs, quibus applicari debet.

XV. Canones de Pœnitentiâ, & IV. De Extrema Unctione hanc ipſam Doctrinam exponunt.

Decretum de Reformatione cum ſuis Canonibus agit: De Vigilantia Epiſcoporum circa Mores, Vitam, & Actiones ſuorum Clericorum; tum etiam: De Habitu Clericali.

SESSIO-

CONCI-

CONCILIA GENERALIA

NUMERUS CANONUM, AC CAPITA, QUÆ COMPLECTUNTUR.

SESSIONES HABITÆ SUB PIO IV. ANNO MDLX.

Seſſio XXI. Habet Decretum in IV. Capitibus continens Doctrinam: De Communione ſub utraque ſpecie. De Poteſtate Diſpenſationis circa Sacramentum Euchariſtiæ. De Integritate Chriſti ſub utralibet ſpecie. De non obligatione Parvulorum ad Communionem.

Sequuntur IV. Canones eamdem Doctrinam ſub anathemate complectentes.

Decretum deinde habetur de Reformatione cum IX. Capitibus, in quibus agitur: De gratuitâ Ordinum Collatione, et Beneficio, vel Patrimonio Promovendorum. De cenſibus, vel nullis Diſtributionibus Eccleſiarum. De Poteſtate Epiſcopi ad erigendas novas Parochias, invitis Paſtoribus. De Poteſtate Epiſcoporum ad uniendas duas Parochias. De Poteſtate Epiſcopi ad dandos Coadjutores, vel Paſtores Beneficio privandos. De adjungendis Matrici Bonis Eccleſiæ collapſæ. De iis, quæ ſpectant ad Epiſcopos in Diœceſi. De Prohibitione abuſus Quæſtuum.

Seſſio XXII. habet I. Decretum de Sacrificio Miſſæ in IX. Capitibus, & totidem Canonibus, in quibus traditur credendum ſub anathemate, quod continetur in Capitibus. II. Decretum: De vitandis, & obſervandis in Miſſa. III. Decretum: De Reformatione in IX. Capitibus. IV. Decretum: Super petitione conceſſionis Calicis.

Seſſio XXIII. Complectitur Decretum de Ordine, continens IV. Capita, & VIII. Canones de eadem Materia.

Inſuper Decretum de Reformatione in XVIII. Capitibus, in quibus agitur: De Renovatione præcepti Reſidentiæ. De munere Conſecrationis Prælatorum, etiam Cardinalium. De Ordinatione Prælatorum per ſemetipſos. De Confirmatione ante Tonſuram. De Teſtimonio Parochi pro Ordinandis ad Majores Ordines. De Ætate ad Beneficium obtinendum. De Examine ante Ordinationem. De Loco Ordinationum. De Famulo Epiſcopi ordinando. De iis, quibus Abbates poſſunt Tonſuram, vel Minores conferre. De Interſtitiis ad Ordines, etiam pro Regularibus. De Exercitio Ordinum, & de prohibitione Collationis duorum Ordinum ſub eadem die. De Teſtimoniis Sacerdotum promovendorum circa mores &c. De prohibitione Abſolvendi. De Litteris Commendatitiis Sacerdotis Peregrini. De Exercitio Minorum Ordinum. De Aſſignatione Collegiorum propè Eccleſiam.

Seſſio XXIV. In hac Seſſione enumerantur XII. Canones de Matrimonio.

Habetur Decretum de Reformatione Matrimonii in X. Capitibus.

Ultimò Decretum habetur de Reformatione in XXI. Capitibus.

In Canonibus de Matrimonio agitur de Matrimonio, ut Sacramento Novæ Legis. De pluralitate Uxorum. De Impedimentis Dirimentibus. De Poteſtate Eccleſiæ apponendi Impedimenta. De Solutione Matrimonii. De Profeſſione dirimente Matrimonium non conſumatum. De Adulterio non diſſolvente Vinculum Matrimonii. De Permiſſione Separationis quoad Thorum. De Perſonis Sacris, vel Profeſſis incapacibus Matrimonii. De Virgine Conjugali antepoſita. De Prohibitione Solemnitatis Nuptiarum. De Pertinentia Cauſarum Matrimonialium.

In Capitibus Decreti de Reformatione Matrimonii agitur I. De Publicationibus futuri Matrimonii, & de Irritatione Matrimonii ſinè Teſtibus, & Parocho; tum etiam de Conjunctione facienda à Parocho Ordinario. II. De Patrinis in Baptiſmo, & Confirmatione. III. De Impedimento publicæ Honeſtatis. IV. De Impedimento Fornicationis. V. De Contrahente cùm ſcientiâ Prohibitionis. VI. De Raptore. VII. De Prohibitione inter Vagos. VIII. De Concubinatu. IX. De Cogentibus ad Matrimonium contrahendum. X. De Tempore Solemnitatis Nuptiarum.

In Capitibus Decreti de Reformatione agitur: De Prælatis idoneis ad Gubernium Eccleſiæ. De onere Metropolitani àd convocandum Concilium. De biennali Viſitatione Diœceſis. De officio Prædicandi Epiſcoporum; tum etiam de docendâ Doctrinâ Chriſtianâ. De Cauſis Epiſcoporum. De Poteſtate Epiſcopi circà Irregularitates; tum etiam: De Poteſtate abſolvendi ab Hæreſi. De Inſtructione Populorum in uſu, & fructu Sacramentorum. De publicè Peccantibus: ac de Pœnitentiario inſtituendo. De Eccleſiis Secularibus viſitandis ab Epiſcopo. De Potentia Epiſcopi ad Populum viſitandum. De Privilegiis, & juſtis Exemptionibus. De Conditionibus ad Beneficia poſſidenda. De uniendis duabus Cathedralibus. De Illicitâ Fructuum Deductione. De Unione Simplicium Beneficiorum. De Oeconomo, & Vicario in Sede Vacante. De Impoſſibilitate plurium Beneficiorum in uno, etiam Cardinali. De Vicario idoneo per mortem Parochi. De tractandis Cauſis in primâ Inſtantiâ coràm Ordinario.

Seſſio XXV. In hac tandem habetur I. Decretum dè Purgatorio. II. Decretum dè Invocatione, & Veneratione Sanctorum: & De illorum Reliquiis, & ſacris Imaginibus. III. Decretum dè continuatione Reformationis Regularium, & Monialium. IV. Decretum dè Reformatione Eccleſiæ. V. In continuatione Seſſionis: De Indulgentiis.

Decretum dè Reformatione Regularium continet XXII. Capita, in quibus agitur: De Vigilantia Prælatorum in Capitulis. De Proprietate Religioſorum. De Poſſeſſione Immobilium. De Licentia Superioris ad quamcumque ſubjectionem Religioſi extrà Religionem. De reſtituendâ Clauſurâ. De Electione Superiorum per vota. De Ætate eligendæ in Abbatiſſam. De Reductione Monaſteriorum àd Superiores. De Monaſteriis Epiſcopo ſubjiciendis. De Confeſſione Monialium, & loco conſervandi Corpus Chriſti. De Cenſuris ad libitum publicandis in Eccleſiis Regularium. De controverſiâ Precedentiæ in Proceſſionibus. De Superiore non puniente ſcandaloſum extrà Monaſterium. De Ætate Profeſſandi, & Tempore Novitiatus. De Novitiorum Admiſſione, vel Ejectione, àc utriuſque Conditionibus. De Obligatione Monialis profeſſandæ antè menſem Profeſſionis. De Excommunicatione Cogentium, vel Impedientium Profeſſionem. De Reclamatione antè Quinquennium. De Viſitatione Monaſteriorum.

Decretum dè Reformatione Eccleſiæ continet XX. Capita, in quibus præſertim agitur: De Miniſterio Epiſcopi; ac dè Bonis Eccleſiæ. De Conſanguineis non erogandis. De Excommunicatione non utenda in levibus Cauſis. De Reductione Miſſarum. De Beneficiariis circà officium Hoſpitalitatis. De Abſolutione Decimarum. De Concubinis Clericorum. De Illegitimo habente Beneficium in eadem Eccleſiâ cum Patre. De Beneficio Curato inconvertibili cùm Simplici. De Canonum Obſervatione. De Loco Duelli prohibito.

CONCILIORUM GENERALIUM OMNIUM APPROBATORUM

FINIS.

Digitized by Google

N O V Æ L E G I S.

AD MAJOREM SACRÆ ERUDITIONIS TYRONUM INTELLIGENTIAM. CONCILIA GENERALIA REPROBATA.	LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR.
I. Illegitimum, & reprobatum eſt ANTIOCHENUM CX. & amplius Epiſcoporum convocatum Anno CCCXLI. à Conſtantio Imperatore, in quo ab Arianis damnatus eſt S. Athanaſius, & via patefacta ad everſionem Concilii Nicæni I. per quatuor ſubdolas Fidei formulas.	*Bellar. Tom. 2. c. 6. de Concil. General. reprob.* *Joan. Cabaſſut. in Notitia Concil. pag. 91.* *Balthaſſar Francol. in Tyrocin. Theol. de Conc. Gener. reprob. pag. 53.*
II. Eſt MEDIOLANENSE Epiſcoporum pluſquam CCC. convocatum quidem à Liberio Papa Anno CCCLV., adeoque legitimè inchoatum, ſed poſtea illegitimè celebratum, coactis per vim Patribus a Conſtantio Imperatore, qui damnationi S. Athanaſii ſubſcripſere.	*Ruffinus lib. 10. c. 20.* *Socrates lib. 2. c. 29.* *Bell. Tom. 2. c. 6. de Concil. Gen. reprob* *Joan. Cabaſſutius in Notit. Concil. pag 115.* *Balthaſ. Francolinus in Tyrocin. Theolog. de Conc. Gen. rep. pag. 53.*
III. Eſt ARIMINENSE DC. Epiſcoporum paritèr ſub Conſtantio Anno CCCLIX. Ita Bellarminus, ſed Baronius, aliique duo Ariminenſia diſtinguunt, Legitimum unum, in quo Fides Nicæna confirmata fuit; alterum illegitimum, in quo fraude Arianorum etiam Epiſcopi Catholici ſubſcripſere formolæ Fidei ambiguæ, in quâ vox ὁμούσιος ſublata eſt.	*Auguſt. lib. 3. cont. Maximin. c. 14.* *Hierony. cont. Luciferia.* *Ambroſ. Epiſt. 32.* *Ruffin. lib. 10. c. 21.* *Socrates lib. 2. c. 29.* *Baſilius Epiſt. 52. ad Athanaſ.* *Bellar. Tom. 2. c. 4.* *Joan. Cabaſ. in Notit. Concil. pag. 126.* *Balthaſ. Francol. in Tyroc. Theol. de Conc. Gen. rep. pag. 54.*
IV. Eſt EPHESINUM II. Epiſcoporum CXXVIII. ab Imperatore Theodoſio Anno CDXLIX. convocatum, in quo omnia vi, & minis, factione Dioſcori acta fuere, Eutyches abſolutus, S. Flavius Epiſcopus Conſtantinopolitanus occiſus, Legati R. Pontificis Leonis fugati, unde *Prædatoria* Synodus, & *Latrocinium* appellatum fuit.	*Leo Pap. in Epiſ. ad Clerum, & Popul. Conſtant. ad Theodoſ. ad Pulcheriam, quæ ſunt 22. 23. 24. 25. vide Breviar. Liberati c. 12.* *Evagrius lib. 1. c. 9. & 10.* *Bellarm. Tom. 2. lib. 1. c. 6.* *Balthaſ. Francol. in Tyrocin. Theol. de Conc. Gen. repr. pag. 54.*
V. Eſt CONSTANTINOPOLITANUM L. Delectorum Epiſcoporum tempore Leonis Iſaurici Iconomachi Anno DCCXXX. contrà Sacras Imagines convocatum. Quamquam hoc male numeratur inter Generalia, ſicut & duo ſequentia. Nam in hoc non interfuit ullus Patriarcharum, excepto S. Germano, qui tamen non conſenſit, & ideò ſua Sede Conſtantinopolitana dejectus eſt, ſicuti & alii multi Epiſcopi.	*Bellar. Tom. 2. c. 6.* *Joan. Cabaſſut. in Notit. Conc. pag. 130.* *Balthaſ. Franc. in Tyroc. Theol. de Conci. Gen. repr. pag. 54.*
VI. Eſt CONSTANTINOPOLITANUM *Pſeudo-Septimum* dictum Epiſcoporum Iconomachorum CCCXXXVIII. Anno DCCLV. ſub Conſtantio Copronymo convocatum ad tollendum cultum ſacrarum Imaginum. Nullus adfuit Patriarcharum, excepto Pſeudo-Epiſcopo Conſtantinopolitano.	*Paulus Diac. lib. 21. & 22. Rerum Roman.* *Zonara in Annalib.* *Bellar. Tom. 2. 1. 4.* *Balthaſ. Francol. in Tyron. Theol. c. de Concil. Gen. repr. pag. 54.*
VII. Eſt PISANUM Anno MDXI. ab Imperatore, & Rege Galliæ, & aliquot Cardinalibus contrà Julium II. convocatum.	*Conc. Later. V. ſub. Julio II. ſeſ. 2. & 3.* *Bellar. Tom. 2. c. 6.* *Balthaſ. Francol. in Tyroc. Theol. c. de Conc. Gen. rep. pag. 54.*
VIII. Numerari poteſt Concilium VITERBIENSE, quod Lutherani Generale vocant CCC. Paſtorum, Præſide Luthero, Anno MDXXXVI. convocatum.	*Cochlaeus in Actis Luthe.* *Surius in Comment. rerum in orbe geſt. an. 1536.* *Bellarm. Tom. 2. c. 6.*

CONCILIA GENERALIA

LOCA LIBRORUM, IN QUIBUS TRACTANTUR.	[A]D MAJOREM SACRÆ ERUDITIONIS TYRONUM INTELLIGENTIAM. [CON]CILIA GENERALIA PARTIM APPROBATA, PARTIM REPROBATA.
Socrates lib. 2. c. 16. *Sozomenus lib. 3. hiſtor. 10. & 11.* *Theodoret. lib. 2. c. 7. &* *Bell. tom. 2. c. 7.* *Balthaſ. Francol. in Ty. Theol. pag. 55.*	I. Eſt . ARDICENSE Epiſcoporum CCCLXXVI. Anno CCCLI. tempore Conſtantii, & Julii I. ex quibus CCC. Epiſcopi Occidentales Fidem Catholicam confirmarunt, quam Hilarius exponit in Libro de Synodis, reliqui LXXVI. Orientales Fidem Arianam ſcripſerunt. Cardinalis Baronius, & alii duo fuiſſe dicun[t] hoc nomine nuncupata Concilia: Unum verè Sardicenſe, & legitimum a CCC. & amplius C[atholic]is Epiſcopis celebratum; aliud verò ſpurium ab LXXX. circitèr Epiſcopis Arianis in Philippopoli [habitum].
Socrates lib. 2. c. 24. & ſequentib. *Sozomenus lib. 4. c. 5. & 6.* *Epiphanius hæreſ. 71.* *Bell. tom. 2. lib. 7. c. 7.* *Joan. Cabaſſut notit. Conc. pag. 123.* *Balthaſ. Franc. in tyroc. Theol. pag. 55.*	II. eſt SYRMIENSE Anno CCCLVI, vel CCCLI. ut vult Petavius, Liberio Summo Pontifice, & Conſtantio Imperatore. In hoc Concilio duæ formulæ Fidei inter ſe diſſentientes editæ ſunt. Unam græcè compoſuit Marcus Arethuſius, qui poſtea ſub Juliano illuſtre martyrium pertulit, quæ quidem eſſe videtur, quam Hilarius in Libro de Synodis propè finem ut Catholicam explicat. Alteram alii compoſuerunt latinè (qui Epiſcopi Ariani fuiſſe putantur) plenam apertâ blaſphemiâ, quam Idem Hilarius reprehendit in eodem Libro non procul ab initio. Pariter damnata fuit Photini Hæreſis, cujus damnationem omnes Eccleſiæ probaverunt.
Beda in lib. de ſex Ætatib. *Paul. Diac. lib. 6. c. 4.* *Ortho Friſigenſ. lib. 5. c. 13.* *Rhegin lib. 1.* *Ado Viennen. in Chronic.* *Bell. tom. 2. lib. 1. c. 7.* *Cabaſ. in notit. Conc. pag. 341.* *Balthaſ. Franc. in tyroc. theol. pag. 55.*	III. Eſt CONSTANTINOPOLITANUM, quod Πενθέκτην, ideſt *Quini-Sextum* nuncuparunt, quaſi ſupplementum Quinti, & Sexti, à quibus nulli editi ſunt Canones, celebratum in Trullo Anno DCCVII. vel ut alii volunt DCXCII. Conſtantino Papa, & Juſtiniano Imperatore. Hujus tamen aliqui Canones, quia ſanæ erant Doctrinæ, fuerunt a Catholicis recepti, & à Sergio Papa approbati, rel[iqui] verò reprobati, & damnati.
Acta Nicæni II. circà cultum Imaginum. *Bell. tom. 2. lib. 1. c. 7. & lib. 2. c. 9.* *Cabaſ. in notit. Conc. pag. 362.* *Francol. in tyroci. theol. pag. 55.*	IV. Eſt FRANCOFORDIENSE CCC. circitèr Epiſcoporum Anno DCCXCIV. Adriano I. Pont., & Carolo Magno Francorum Rege, quod ab ipſo Adriano confirmatum fuit, & ſine dubio ab Eccleſia ſunt approbata, quæ de Filiatione Chriſti naturali definita fuere, non verò quod damnavit, & in hac parte reprobatum, [qu]od aliqui factum negant.
Joan. Cabaſ. in not. Conc. pag. 442. *Balthaſ. Francol. in tyroc. theol. pag. 56.*	V. eſt PISANUM, non illud quod Piſis celebravit Anno MCXXXIV. Innocentius II. contrà Petrum Leonis Anti-Papam, dictum Anacletum II., nec illud, quod Anno MDXI. contra Julium II. indixeru aliqui Cardinales, ſed aliud celebratum anno MCDIX. pro tollendo Schiſmate. Cum enim Petrus de Luna dictus Benedictus XIII. & Angelus Corarius vocatus Gregorius XII. diù dè ſupremo Pontificatu contenderant, nec vellent cedere prò bono pacis, ùt in ſua electione promiſerant, nec alia ſupereſſet Schiſmatis tollendi ratio, Cardinales utriuſque partis Piſas convenerunt numero XXIV. cum tribus Patriarchis Alexandrino videlicet, Antiocheno, & Hieroſolymitano, Archiepiſcopis, & Epiſcopis CCC. Monaſteriorum Præfectis CLXXX. aliiſque Theologis multis, & Principum Europæ Legatis, & prædictos duos Pontifices à Pontificatu dejecerunt. Hoc illegitimum vocant alij, alij legitimum. Certè tamèn intèr verſos Pontifices numeratur Alexander V. ab eo electus.
Bell. tom. 2. lib. 1. c. 7. *Cabaſ. in not. Conc. pag. 449.* *Balthaſ. Francol. in tyroc. theol. pag. 56.*	VI. Eſt CONSTANTIENSE Patrum fere M., ex quibus Epiſcopi amplius CCC. Anno MCDXIV. causâ prædicti Schiſmatis adhuc durantis, & contra Wicleſitarum, & Huſſitarum hæreſes inchoatum ſub Joanne XXIII. rogatu Sigiſmundi Imperatoris, & Anno MCDXVIII. abſolutum ſub Martino V. In hoc Concilio prædictæ hæreſes damnatæ fuere, ceſſere Pontificatu Joannes XXIII. & Gregorius XII., fuitque è Pontificatu dejectus Benedictus XIII. qui cedere ſpontè noluerat. Hoc Concilium quoad primas Seſſiones, ubi definit, Concilium eſſe ſupra Papam, reprobatum eſt in Concilio Florentino, & Lateranenſi V., quoad ultimas verò, & ea omnia, quæ probavit Martinus V., ab omnibus Catholicis recipitur.
Bell. tom. 2. lib. 1. c. 7. *Cabaſ. in not. Conc. pag. 456.* *Balthaſ. Francol. in tyroc. theol. pag. 57.*	VII. Eſt BASILEENSE à Martino V. indictum, ſed ſub Eugenio IV. ſucceſſore inchoatum Anno MCDXXXI. Ex quo tamen fuit ab Eugenio revocatum, evaſit deinceps illegitimum. Perſtiteru nihilominus Baſileenſes Patres ad Annum uſque MCDXLIX. quo eodem crearunt Anti-Papam Amadeum Sabaudiæ Ducem ſub nomine Felicis V. Eodem tempore ceſſit Nicolaus V. Pontifici tam Concilium, quam Papa Felix V. in Schiſmate ab ipſo Concilio creatus. Hujus Concilii nihil eſt ratum, & probatum, niſi quædam Diſpoſitiones circà Eccleſiaſtica Beneficia, quæ à Concilio facta fuerant, & quas (pacis, & unitatis gratiâ) Nicolaus prædictus approbavit; Concilium vero ipſum reprobatur in Concilio Lateranenſi V. Seſſ. II.

F I N I S.

2 2-47

Digitized by Google

d.p.Restauro s.n.c.

Intervento di restauro, segnatura 2-47

- collazione
- spolveratura
- rammendo alla piega e imbrachettatura (velina giapponese Vang 25502)
- integrazione lacune e strappi (carta giapponese Vang 25502 e Japico 632660)
- spianamento
- cucitura su 5 nastri (filo in cotone, corda di canapa)
- fogli di guardia struttura F (carta Vang 20231)
- prima indorsatura (carta giapponese Vang 25517)
- capitelli (lino naturale, cotone colorato)
- seconda indorsatura lino, cuoio sfiorato
- piatti (cartone fibrato tipo Avana)
- compensazioni in cartoncino durevole per la Conservazione Fabriano
- coperta in tutta pelle (capra a concia vegetale)
- doratura diretta
- collanti per operazioni di rattoppo, imbrachettatura e indorsatura Tylose MH300P al 4% e 6%
- collanti per la legatura Tylose MH300P al 6% (80%) e Plextol B500 (20%)

005661518

Digitized by Google